This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

DC
801
.A56
D94

QUAE FUERINT

TAM A REGIBUS QUAM A COMITIBUS

IN ENGOLISMENSI "APANATO" COMITATU

INSTITUTA

(1445-1515)

MACON, PROTAT FRÈRES, IMPRIMEURS

9441
C.1

QUAE FUERINT
TAM A REGIBUS QUAM A COMITIBUS
IN ENGOLISMENSI "APANATO" COMITATU
INSTITUTA
(1445-1515)

THESIM

FACULTATI LITTERARUM, UNIVERSITATIS PARISIENSIS,

PROPONEBAT,

G. DUPONT-FERRIER

IN SCHOLA CHARTARUM
OLIM ALUMNUS
IN ORDINE HISTORIAE AGGREGATUS

10-16-05

PARISIIS
APUD ALPH. PICARD
ET FILIUM, BIBLIOPOLAS
82, VIĀ DICTĀ BONAPARTE

ENGOLISMAE
APUD CONSTANTIN
BIBLIOPOLAM
VIĀ DICTĀ DES POSTES

M DCCCCII

tionibus quae, gallico sermone vocantur *la Praguerie*, *la Ligue du Bien Public*, *la Guerre Folle.*

B. Aliunde vero, engolismensem elegimus comitatum, in Apanamento habitum et in Paritate : 1° quia documenta servantur in nostrā Galliā, cum Lutetiae Parisiorum, in Nationali Chartarum Tabulario et in Bibliothecā Nationali, tum in Archivo Provinciali Carantoniorum, atque, apud Anglos, Londinii, in British Musæo tam multa ut nobis earum rerum producant, nisi fallor, notitiam; 2° quia, e talibus documentis nondum commoditate perceptā, eo saltem consilio quod intendimus, eis eruditi homines usi sunt tantum ut comitum engolismensium vitas aut res scriberent quorumdam locorum, apud Engolismenses positorum; 3° quia tempus, inter annos 1445 et 1515 complexum, in unum coït, non solum si respicias quae gesta fuerint in regno a regibus sed etiam a comitibus, in suo comitatu : nempe, anno 1445, Johannes Engolismensis comes, de quo fusius quondam disseruimus, ex Anglorum carceribus egressus, in suum apanamentum rediit; anno autem 1515, Franciscus, Engolismensis comes, rex evasit Francorum, nomine Franciscus primus; 4° quia, in nostrā thesi, patrio sermone scriptā, his perpensis tantum quae fuerint a Rege instituta, necesse erat, propterea, quae fue-

rint a Proceribus, temporibus iisdem, perinde instituta omisisse : siquidem ad summam non poterunt ea omnia feudalia ex alto spectari, nisi perspectis singulatim partibus, per quamdam singulorum scriptorum seriem, nunc unum ex his libellis proponemus, quoad nobis licuerit alios, jam animo partim comparatos, postmodum in lucem proferre.

*
* *

Quid sit tamen plane investigandum ?

Inter Francorum regem Francosque subditos, erant quidem, in comitatu engolismensi apanato, comes Engolismensis praepositique ejus ministri. Atqui, quo gradu comitatûs subditi fuerint in manu Comitis, quo gradu in moderatione Regis ? hoc profecto primum quaerendum est et, ideo, quo gradu Comes in suo apanamento dominus aut subjectus habitus sit ? — Insuper quod consequitur, quo gradu Comes, quum in comitatu praefuerit, imitatus sit rerum publicarum aut privatarum curam, apud Regem observatam.

*
* *

Quibus omnibus studendum est ordine :

I. In quot vel qualibus locis constiterit Engolismense Apanamentum ?

II. Quibus vinculis tam Comes apanatus Regi, quam Comiti engolismensis incolae regionis obligati fuerint?

III-IV. Quas ministrorum personas adhibuerit Comes ut sive Domum sive Apanamentum administraret?

V. Quomodo Consilium suum composuerit?

VI. Quā ratione Apanamentum suum administraverit?

VII. Quibus usus fuerit Judiciis?

VIII. Quas militares copias habuerit sibi devolutas?

XI. Quantae nummariae res illi obtigerint?
De his enim nobis ordine disserendum est.

NOTARUM EXPLANATIO

A. N; vel Arch. nat. = Archives nationales.
K, vel KK = Serie K (cartons des rois etc.) auxd. Archives.
Serie KK (comptes, etc.), *ibid.*
J, vel JJ = Serie J ou JJ (Trésor des Chartes), *ibid.*
P. vel PP = Serie P ou PP (Chambre des Comptes), *ibid.*
X1A = Serie X1A (Parlement), *ibid.*

B. N. vel Bibl. nat. = Biblioth. nationale. *Fr.* = Manuscrits français, *ibid.* ; *lat.* = Manuscrits latins, *ib.*; *N. Acqu. fr.* = Nouvelles acquisitions françaises, *ib.* ; *P. O.* = Pièces originales, *ib.* ; *Doat* = Collection Doat, *ib.*; *Coll. Bastard* = Collection Bastard, *ib.*

Brit. Mus = British Museum ; *Add. Chart.* = Additional Charters, *ib.*

Ord. = Collection des Ordonnances ; Is. = Recueil général des anciennes lois françaises (420-1789) pub. par Jourdan Decrusy et Isambert, Paris, 1822 et ss., 29 vol. 8°.

Joursanv. = Catalogue Joursanvault, Paris, 1839, 8°; *Bull. Soc. Arch. et hist. Char.* = Bulletin de la Société archéologique et historique de la Charente 1845-1902 ; Consuet. engol. = Coutume d'Angoumois, publiée en 1514, pp. 840-852, du nouveau coutumier general de Charles Bourdot de Richebourg, Paris, 1724, 4 vol. fol., t. IV.

CAPUT I

DE ENGOLISMENSI APANAMENTO

Si quis regnum Francorum, pro ratione administrandi, describet, id certo inquirendum erit quibus finibus situs fuerit ager Engolismensis, haec regni pars de quā Rex jura imperii sua abalienare videbatur.

Haec enim nomina quae saepius leguntur : engolismensis *pagus*, *comitatus*, *ducatus*, *senescallia*, *electio*, valentne unum et idem, annon ?

Primum vero animadvertimus quaedam elementa pago, comitatui, ducatui, senescalliae, electioni fuisse communia, et haec erant « *castellaniae* ». Quippe, in engolismensi tractu, haud secus ac in toto ferme regno [1], invenitur « castellania [2] » ; quae, ex compluribus paucioribusve parochiis constabat apud Engolismenses [3], feuda quidem multimoda aut censivas ipsis continentibus [4]. Quum

1. *Vide* thesim nostram : *Les officiers royaux de bailliage*, etc., lib. I, capit. 2.

2. *Coûtume d'Angoumois*, a° MCXIV scripta, apud Bourdot de Richebourg. *Nouv. coutum. génér.* IV, 840, art. I, 3, etc.

3. *Vide* appendicem : *agri engolism. album.*

4. 12 febr. 1465/6, P. 1405, I, n° 352, teste tertio, de decimo et tertio articulo loquente ; Arch. départ. Charente, H. *Beati Eparch. Cartular.* GG f° 99 v° ; 12 mai. 1514, Cartul. ejusdem, H. f° 124 v°, etc. — Cf. maxime « les lymites de Botheville », P. 1404[1] 140, f° 1-21 ; ultimi xv saeculi annis.

autem « castellania » domino castellano quamdam jurium praefinitorum summam conferret [1], non quibuslibet dominis fas erat se profiteri castellanos, nec, ideo, cuilibet dominio licebat prae se ferre « castellaniae » nomen. Nam veteribus « castellaniis » engolismensibus, medio aevo decedente, servatis, nova dominia ad « castellaniae » dignitatem promoveri nequibant, nisi Regis aut saltem Comitis expressā voluntate [2]. Itaque, si quis « castellaniae » nomen invasissèt, hoc grave delictum habebatur, de quo judiciis erat statuendum [3].

Comitatus quidem engolismensis *apanatus* unam et triginta castellanias terminis suis complectebatur [4] : inter quas Engolismensem, Arciacensem, Albaterrenam, Berbezillam, Blanziacensem, Botavillarem, Chabannaeam, Compiniacensem, Confluentiam, Marthoniam, Merpisiam, Roffiacam, Rupem-Fucaldensem, Vertoliam, Villaboeniam.

Ducatus vero engolismensis non apanatus, pridie nonas Februarii (id est, ut nunc loqui solemus, quarta die ejusdem mensis) anno 1514/5 constitutus [5], praeter illas unam et triginta castellanias has quoque continebat : Bassacensem, Castrum-Novum, Jarnacensem, Montinha-

1. De quibus fusius expromitur in consuetudine Engolism., *loc. cit.*, art. I-X. Art. 3 : « Le sgr chastellain est... fondé... d'avoir chastel et chastellenie,... haulte justice, scelz à contractz... »

2. *Vide* thesim nostram : *Les Offic. roy. de bailliage et sénéch.*, lib. V. adde, a° 1464, P. 1404, I, cxliij, *ad. fin.* ; 13 dec. 1471, P. 515², n° 547 ; cf. 1497/8, febr. KK 897, f° 272. P. 1406² 637⁹, f° 1 v°. — Lièvre, *Bullet. Soc. arch. Charente*, 1881, p. 33-34.

3. Exempli gratia, litis de Jarnaco ; *infra*, cap. VII. Cf. de Montinhaco, Lièvre, *Bull. Soc. arch. Charente*, 1883, p. 102.

4. *Vide* in appendice : tabulam agri Eng. ; *partitionem* ; *album*.

5. Infra, *Album*, I *Generalia*, ad fin.

censem, e pictaviensi comitatu detractas, cujus olim pars habebantur [1].

Ceterum *pagus* seu *provincia* engolismensis nihil aliud erat ac Comitatus, ante annum 1515, et Ducatus ejusdem nominis, ab eodem 1515 anno [2].

Senescallia quoque engolismensis cohoerebat cum Comitatu, ante quartam Februarii diem, anno 1515. Quā de causā, Castello-Novo erat Senescallus [3] et Jarnaco quoque suus [4], ambo ab Engolismensi senescallo distincti [5].

Denique *Electio* engolismensis minor quam Comitatus fiebat, deficientibus castellaniis Arciacensi, Berbezilla, Monte-Guidoneo, Rupellacuria, nec aliter minor quam Ducatus a quo deerant eaedem praedictae, simul cum castellaniis Bassacensi, Castronovo, Jarnacensi, Montinhacensi Ducatui additis [6].

Quas quidem discrepantias uno conspectu videre est, per « partitionem engolismensium locorum » huic thesi adjunctam.

Unde, certo liquet Ducatum engolismensem ex omnibus regionibus, pro administratione respectis,

1. Vide *Album;* nº 11.

2. « La province et comté d'Angolesme », ut dici solebat; aº 1464, P. 1404, I, nº 141 B *bis*, fº 5 vº, etc., etc.

3. 4 febr. 1467/8, Arch. Charente, fonds S. Ausone, 13º fasciculo, « S. Estephe » nuncupato; 14 apr. 1486, post Pasch. Arch. nat. P. 1404[1], nº 167; 19 januar. 1491/2, X[1a] 4833, fº 116 vº; 20 et 21 jun. 1510, Z[2] 16, fº 97 vº et 100 vº.

4. 18 mart. 1459/60, Bibl. Nat. *P. Orig.*, vol. 85, *Archiac* nº 15; 4 sept. 1492, Arch. nat. P. 1406, I, 614.

5. *Infra*, cap. IV, § 2.

6. Cf. ab anno 1487 usque ad 1501. Bibl. nat. *Fr.* 23900, fº 113 « pays et election d'Angoumois »; fº 123 rº; fº 161 rº; 148 rº; 168 vº; 203 rº; 132 vº; 217 rº; 234 rº; 260 rº.

maximam fuisse et vastitate praestitisse Comitatui, engolismensem vero Electionem in angustum maxime fuisse circumscriptam.

*
* *

Nimirum quales tum essent hae castellaniae, singillatim habitae, quaenam essent singulae, in quālibet castellaniā, parochiae, e non uno codice videre est. Et primum, brevi perspicitur quam inaequali hae castellaniae fuerint amplitudine. Quae imprimis majorem parochiarum numerum complectebantur erant istae : castellania Engolismensis circiter quinque et triginta parochias extra urbem habebat ; Roffiaca eumdem numerum ; Blanziacensis, tres et viginti ; Botavillaris, duo et viginti ; Villaboenia octodecim aut viginti ; Rupes-Fucaldensis duodeviginti ; Vertolia septemdecim ; Albaterrena, sexdecim ; Confluentia item ; Compiniacensis quindecim ; Marthonia terdecim ; Mons-Berulphensis, item ; Chabannaea duodecim aut terdecim ; Merpisia novem ; Laubertia septem tantum. Minores quoque erant verisimiliter castellaniae Arciacensis, Mons-Auzeriensis, Mons-Maurellensis, Mons-Guidoneus, S^{a}-Eulalia, partesque engolismenses duarum castellaniarum, Rupellacuriae et Turris-Albae [1]. Quaedam vero extra consuetudinem contingebant inclusae seu aliis adjunctae ; nempe taliter se habebant castellania Turris-Alba una cum Villaboeniā connexa, Rupes-Chandericia cum Engolismensi, Alnacensis cum Vertolia, de Podio Petroso cum Compiniacensi, Empureia cum Roffiaco [2]. Si tamen hujusmodi exceptio

1. Vide *Album*, passim.
2. *Id.* et *Tabulam choregraph.*

frequentius occurrisset, dubitaverimus dicere agrum engolismensem in castelleniis fuisse divisum ; eo magis quod castellanias quasdam quasi discerptas videres inter engolismensem tractum regionesque vicinas, quales sunt Petrocoriensis, Santonensis Pictaviensisque provinciae. Quippe sic se gerebant gesserantve castellaniae Mons-Berulphensis, Rupellacuria partim in Engolismensi, partim in Petrocoriensi tractu sitae [1], nec aliter castellaniae Jarnacensis et Castrum-Novum, quae inter Engolismensem Pictaviensemque agrum ambigebantur [2]. Immo videre est in codice de vectigalibus, (id est Tailles), juxta regionis divisionem in castellaniis, quosdam locos sub rubrica « Terrae seorsum » (Terres à part) inscriptos [3].

Quinetiam, si longius descendas in rerum tenuitatem et subtilius elementa parochiarum, quibus constabant castellaniae, per partes inspicias, in similes difficultatum salebras incides : namque vici quidam aut quidam fundi e suā parochiā disjuncti alteri adjungebantur castellaniae, in quā non stabat ista parochia [4]. Itaque errares dicendo castellaniam non nisi integris conflatam esse parochiis ; quippe quae non parochiis solum sed etiam parochiarum partibus constaret.

Unde facile conjicitur nunc fere nunquam in chorographiis, et maximā mensurā descriptis, nec in ipso solo detegi posse veros parochiarum vel etiam castellaniarum

1. Dec. 1376, P. 1403² 95, etc.
2. Vide *Album*.
3. *Fr.* 23900, f° 191 v°.
4. a° 1466, « toute la parroisse de Garat n'est pas en la chastellenie d'Engolesme, ains en y a une partie qui est en la chastellenie de Marthon ». P. 1405, I, n° 352³, f° 18 v° ; cf. f° 19 et 20 r° ; a° 1460, P. 516, I, 603 *ter* (2), f° 1 r°.

fines, quos rarissime quidem subtilius describere continget. Scilicet via vel semita, crux, nux, quercusve, aut lapidum congeries [1] plerumque hos constituebat fines quos, ut pote caducos vel mobiles, tempus fere omnes subduxit ex oculis. Jamque, quinto decimo seculo, senes maximā auctoritate praediti, totā regione bellis perturbatā, res incertas sibimet ipsis esse palam profitebantur [2]. Ideo inter castellanias Engolismensem et Marthoniensem ultro citroque [3], inter Engolismensem, Rupem-Fucaldensem, Botavillarem et Castronovum [4], quin inter Blanziacensem, Jarnacensem, Arciacensem, Villaboeniam, omnesque vicinas castellanias [5], controversiae disquisitiones litesque sine fine oriebantur quas, veris certisque deficientibus indiciis, ad libitum et ex auctoritate suā Parlamentum, magnum quoque Consilium et ipse rex dirimere non recusabant [6].

1. 28 oct. 1490 : « ung noyer qui fait boyne », in castellania Monte-Berulphensi, Arch. Charente E 49 ; 11 febr. 1465/6, de limitibus inter castellanias Marthoniam atque Engolismensem, art. 17 « pierre appelée de Denac; » art. 21 « Item le lieu appellé le chaigne du Pellerin, ouquel lieu anciennement fut trouvé ung pélerin mort, qui fut illec enterré et sur son corps fut mise une tombe de pierre, aus deux boutz de laquelle furent mises deux pierres...; ung chaysne... estoit illec bien près et... depuis a esté abatu... ». P. 1405, I, 352[3]; de semitibus vel viis, cf. 20 jul. 1470, P. 513[2] 80; 1482 et s. P. 1405 I, 352 *bis*, f° 2 v° *ad finem* : de lapidum congerie, cf. 15 mai 1494, P. 1403 2, n° 135, etc.

2. P. 1405, I, 352[3], 11 febr. 1465/6, teste primo et aliis.

3. 24 januar. 1465/6, P. 1405[1], n° iij[c] lij[6]; 11 februar., *ib.* iij[c] lij[3]; a° 1482, P 1405[1] iij[c]-lij *bis*, a° 1486, P. 1405[1] n° iij[c] lij[8].

4. 10 déc. 1482, P. 1409[3], n° 902; ultimis xv saeculi annis, P. 1404[1] 140.

5. a° 1329, P. 1410[2] 28 ; 24 januar. 1465/6, P. 1405[1], 352[6]; 1467, 22 sept. P. 515[1] 478[A et B]; ultim. xv saeculi annis, P. 1405[1], 352[11]; ante 1497 annum, B. nat. *Fr.* 8815 f° 29 v°.

6. Cf. tres not. super.

Ceterum *fundi* in Engolismensi tractu, sicut ubique prope modum accidebat in Gallia, intra terminos alterius *inclusi* nova his, modo supradictis, addebant impedimenta[1]; quod satis apparet, inter alia argumenta, e fundo Pudriacensi, castellaniā Botavillari plane circumfusā[2].

Praeterea huc accedit quod una et triginta castellaniae quibus Comitatus, quinque et triginta quibus Ducatus conflabatur, per gradus dividebantur in tres dignitatum ordines : illae scilicet quae verbo tenus principatus titulo decorabantur (Compiniacensis, Chabannaea) ; quae baroniae nomen jure prae se ferebant (Rupes-Fucaldensis, Roffiaca, Mons-Berulphensis, Villaboenia, Mons-Maurellensis); Botavillaris et de Castro-Novo denique castellaniae puro tantum nomine[3].

Quid tamen singula de apanamento engolismensi copiosius persequi conaremur? De comitatu, ducatu, senescalliā, electione, castellaniisque et parochiis, jam nil maximi maximeque necessarii nos fugit, ad intelligenda quae fuerint, in hac parte regni, constituta.

1. « Ung sac intitulé : pour mgr le conte d'Angolesme, touchant les enclaves de la Tour Blanche, S. Marsault, Gresignac et Aubeterre et touchant les lymites de la conté d'Angolesme et Perigort », P. 1153, f° 208 r° ; a° 1496, *Fr.* 23900, f° 195 r°.
2. P. 1410², 4 *bis* etc., 22 *bis* etc.
3. Vide *Album* et *Partitionem*.

CAPUT II

DE APANATIS COMITIBUS EORUMQUE SUBDITIS

§ I. — De viris apanatis.

Apanamento engolismensi sane usque ad tempus quo Agro Regio (Francisco primo in Franciae regnum adveniente), fuit addictum [1], nomen erat comitatus ; si quidem apanati principes, ut moris erat, ex apanamento suo comites appellabantur.

Primus vero comes, de quo facienda sit mentio, fuit trium aliorum stirps et origo : nempe Caroli quinti filius et frater erat Caroli sexti, Ludovicus e Francia, dux Aurelianensis (1371-1407) [2], qui comes etiam Engolismensis factus, nomen istud, anno 1394 receptum [3],

1. Infra, *Album*, *Generalia*.

2. De quo vide doctum E. Jarry librum : *La vie politique de Louis de France, duc d'Orléans*, 1372-1407, 1889, in-8°.



3. *Op. laudato*, pp. 125-126.

plurimis jam inde suis addidit titulis : quippe cujus filius, nepos et pronepos fuerint tres ceteri comites. Itaque sic se habet inde formata domus : 1° Joannes comes Engolismensis (1399 aut 1400-1467) [1] erat minor frater poetae illius exquisiti, Caroli Aurelianensis, a quo natus est rex Ludovicus duodecimus. Idem vero, post captivitatem in Angliā, ab anno 1412 usque ad annum 1445, exactam [2], Margaritam de Rohan, (anno 1449), in matrimonium duxerat [3]. — 2° Joannis filius, Carolus, comes Engolismensis, anno tantum 1476, suae tutelae factus [4], sibi matrimonio junxit, a° 1488, inclytam illam Ludovicam Sabaudam [5] kalendisque januarii (1ª die) anno 1496 (n. st.) obiit [6]. — 3° Caroli filius, Franciscus, etiam nunc illustrior, natus est pridie idus (12ª die) septembris anno 1494 [7], cujus soror major natu dicebatur venusta « Margarita Margaritarum » ducissa Alençonia, postea regina Navarrensis, nostri regis Henrici quarti avia. Qui, ultimus comes Engolismensis, ipse creatus est Franciae Rex nomine Franciscus primus, kalendis (1ª die), januarii anno 1514/5 [8].

1. Cf. apud *Bibl. École des Chartes*, vol. LVI, pp. 518-527, 1895 : *La date de la naissance de Jean.... comte d'Angoul.*, a nobis quod fuerit expromptum.

2. De qua fusius disseruimus, *Revue Historique*, t. LXII, 1896 : *La captivité de Jean d'Orléans, comte d'Angoulême*.

3. Arch. nat. P. 1403, I, vj ; — Bibl. nat. *Fr.* 22340; Jean du Port, *Vie de Jean, comte d'Angoulême*, p. 43.

4. Arch. nat. P. 1415, f° 49 v°; 1476 mense septembr. ; — post. 6 sept Xlª 1487, f° 113 r°; ante 19 august. 1476. P. 1403, 1. xlij.

5. R. de Maulde la Clavière, *Louise de Savoie et François I*, 1895, p. 13.

6. *Ib.*, p. 26.

7. *Ib.*, p. 14.

8. *Ib.*, p. 387.

§ II. — De rege, viris apanatis superiore

Per varios fortunae casus, quibus objecta fuit vita comitum Engolismensium, nobis licet eorum apanamentum considerare sub omni fere rerum adspectu quo possit apanamentum qualecumque occurrere animo.

A. *Quodnam jus habuerint in apanamentum viri apanati?* Extremis quidem seculi quinti decimi temporibus, reges ipsi ortis e regio sanguine principibus verum jus in apanamentum praesto esse fatebantur; etenim, cum fratres defuncti regis minores natu, ex hereditate paternā, regnum jam non possent usurpare, aequum erat eos, ad damna resarcienda, accepturos unde victus sibi, pro suo statu, in tuto collocaretur. Nec aliter ipsae filiae erant jungendae connubio a rege, qui eis, pro dote, uxorias res debebat suppeditare [1]. Nempe quod jus liquido ratum habebat Carolus sextus, in deferendo ad Ludovicum e Franciā, nostrorum comitum stirpem, primo apanamento [2], haud secus ac Carolus quintus, ejus pater, jam antea de eodem jure confessus fuerat [3].

1. 1314 « Obligez a donner deniers suffisamment pour marier les filles », ut ait Philippus IV, Arch. nat. KK 551, f° 38 v°.

2. Nov. 1386 : « Pour ce que nous *sommes tenuz*, tant *par raison* comme *par ordenance* de nostre..... sgr et Père, le roy Charles... à luy bailler [Ludovico scilicet e Francia] appanage convenable, selon son estat »., Arch. nat. KK. 896, f° 213; Isambert VI, 614; *Ord.* VII, 467, in. not. Nec aliter Ludovicus XI, dicens « nostred. frere... renoncera a tout *droit d'appanage...* » Aquitaniāque contentus erit, KK 551, f° 169 v°.

3. 28 déc. 1366, « le Roy... meu de conscience et pour semblable serment qu'il a fait à sa couronnation et considéré que le royaume doit estre uny sans aucune démembration ou particion excessive et que à aisné fils de roy, par droit d'aisnesse,

Neque idem abjurare curaverunt sequentes reges, ne ipse quidem Ludovicus undecimus, cui tamen magni pretii fuisset haec, erga fratrem Carolum rebellem, juris infitiatio ; quinetiam rex ille noster, de hac causā, Sanctae Sedis censurae subjici non recusavit [1].

B. *Quonam pretio constare deberet apanamentum?* — Ex hoc autem jure, jam natu minores stirpis regiae, tertio decimo decedente seculo, tantum sibi arrogare potuissent ut, definito patrimonio, nimiam agri publici partem vindicarent [2]. Quare, secundā die (quartā ante Nonas) novembris, anno 1283, datā occasione judicii celebris apud Parlamentum, regius procurator confirmavit ratam pro apanamento partem ex arbitrio regis tantum pendere [3]. Praeterea Carolus quintus, octobri mense anni 1374, hujusmodi partem, pro apanamento Ludovici e Franciā, praefiniebat annuarum duodecim millia librarum edicto, quod jus postea instituit [4].

doit appartenir seul et pour le tout la succession du royaume et luy *à ses puisnez doit pourvoir de substantation suffisante.* Arch. nat. KK 551, f° 83 v°.

1. « Souz les censures jurisdictions et cohertions du Saint Siège, à quoy nous nous sommes soumis »... Apr. 1469 post Pasch, Arch. nat. KK 551, f° 169 v°. — cf. *infra* p. 14, n. 3.

2. De his, cf. KK 551, f° 84 r°, notamque sequentem, *infra.*

3. « Adjiciens procurator domini regis Philippi quod, deffuncto rege filioque regis primogenito succedente in regno ejusdem regis, fratres *portionem certam* bonorum patris, tertiam, quartam vel quintam seu quotam *non possunt petere*, sed nec, petentes, audirentur; *sed primogenitus quantum vult et quando vult eis confert...* » Arch. nat. KK. 551, f° 19 v° ; Isambert, II, 668; quod totum quidem Cangius, *Glossar.*, v° *apanamentum*, et ipse transcripsit ; adde quod disseruerit Guyot, *Répertoire Jurispr.*, 4°, I, 473.

4. Isambert V, 440, art. I, ad finem ; *Ord.* VI, 54; Arch. nat. KK 551, f° 112 v° ; Ludovico XIII regnante, dein scribebatur :

C. *De apanamenti naturā.* — *a*) Tanta vero summa, scilicet annuarum duodecim millia librarum, non tunc temporis, ex facili, in numeratā pecuniā rependi posse videbatur; quod tamen pendendi genus multa in futurum regiae potestati vitasset discrimina ! Sedenim ipse Carolus quintus statuerat apanamentum fundo, qui comitatus appellaretur, esse definiendum [1]; quā ratione, idem Ludovicus e Franciā primo Turonicum [2], deinde Aurelianensem agrum [3] accepit.

b) Aliunde, ex confesso institutum erat jamdiu et a Philippo IV regnante, ut, deficientibus sexus virilis haeredibus, aut maribus ex haeredibus masculis viri apanati oriundis, apanamentum ad regiam rediret potestatem [4]; namque filiae non valebant apanamento frui [5]. E quā consuetudine, cum Ludovicus

« l'appanage des fils puisnez de France fut réglé par l'ordon. de Charles V^e^, 1374, oct. ». Arch. nat. KK 551, f° 7 v°.

1. Ordin. *cit.*, 1374, oct.

2. Nov. 1386, apud Isambert, VI, 614; Jarry, *Louis de France*, p. 26.

3. 4 juin 1392; *Ord.* VII, 467; Jarry, *Op. laudat.*, pp. 89-90.

4. Edicto Fonti-Blaudi dato, 1314, pridie feriarum Beati Andreae, Philippo IV regnante, Arch. nat. KK 551, f° 38 r°, de Pictaviensi comitatu jus postea fuit institutum : sic enim, 1327 sept. *ibid.* f° 59, de Ebroicensi comitatu; 1360, octob. *ib.* f°, 71 r°; de Bituricensi et Alverniae ducatibus; nov. 1369, de Pictaviensi rursus comitatu, *ib*, f° 105 r°; 1386, nov. de Turonensi ducatu, Isambert VI, 615; 1401, 12 jul. *id. Ord.* VIII, 450; cf. VIII, 452; nov. 1461, KK 551, f° 153 v°, etc. Boutaric, *France sous Phil. le Bel*, p. 5; Vuitry, I, 1285-1328, pp. 38-39, *Études... régime financier.*

5. Non desunt tamen usque ad edictum Moliniense (febr. 1566), apanamentorum exempla mulieribus concessorum (art. I, Isambert XIV, p. 186) : Januario mense, 1366/7, « Nous voulons, ut ait Carolus V, que nostred. tante Jeanne de France ait... par maniere de provisions ou appanage 6000 livrées de terre... KK 551, f° 92 v°. — Meloduni, octob. 1374, art. 2 « que Marie

duodecimus, pro Annā e Franciā, tentaverit discurrere, exceptio, auctoritate Parlamenti, repudiata fuit [1]. Item in sobole Engolismensium ; Margarita de Stampis e consortio, in haereditatem paterni apanamenti, exclusa fuit [2]. Quā lege, nimirum prudentissimā, licuit regibus, ab 1477 anno usque ad annum 1515, ducatum Burgundiae imprimis, Provinciam Andegavensem, agrum Cenomanensem etiam Aurelianensemque regno conjungere, denique Engolismensem. Reges enim opulentas amplo patrimonio dotes suis filiis persequebantur, non autem committebant ut suo impendio eas constituerent [3]; id profecto, exclusis filiabus, contingebat. Quae conditio tantum prodesse visa est ut saepius in alienando dominio, etiam non apanato, fuerit inducta [4].

D. *De incrementis aut demptionibus apanamenti.* — Cum Ludovici e Franciā, fratris Caroli sexti, apanamentum minus aequo esse videretur, anno 1394, idcirco

nostre fille, profitetur, idem rex, soit contente de cent mil francs.... pour tout droit de partaige ou appanaige que elle pourroit demander en nos terres et seigneuries », Isambert, V, 440 ; art. 2 ; — *id.* 1418, pro Maria Bituricensi, KK 551, f° 9 v° etc, ; Vuitry *op. laudato* I, p. 39 ; — 14 maio 1461 « ne pourroient cheoir en filles » X1a 1484, f° 245 v°.

1. 14 Maio et 26 Quentili mensibus 1501, KK 551, f° 185 v°-187 r°.

2. Circa finem Septembris 1498 (cf. f° 3 r°) P. 1403 2, n° iiijxx xviij art. 2 : « Madame d'Estampes... n'estoit cappable de succéder audit appanage... »

3. 28 déc. 1466, « Elle [Joanna e Francia], qui est suffisante de corps à recevoir mary, se pouroit conjoindre à aucun en mariage, qui pouroit mouvoir aud. royaume plusieurs contens et dissentions... ». KK 551, f° 84 r°.

4. A 1473 usque ad 1484, X1a 1486, f° 120 v° ; 188 r° ; X1a 1488, f° 76 r° ; f° 32 v° ; K 1206, n° 35 ; Bibl. nat. *P. Origin.*, vol. 95, n° 364.

Rex duodecim millibus annuarum librarum, per fundi modum attributis, tertiam quoque partem adjunxit, id est, quatuor millia librarum. Quas ut, saltem ex parte, per modum fundi assignaret, engolismensis comitatus plane minoris scilicet trecentarum septuaginta quinque supra duo millia librarum aestimatus annuae pecuniae, Ludovico e Franciā devolutus obtigit. Attamen diserte pactum erat fas esse futurum regi, si placeret aliter hoc rependere pretium, rursus comitatum sibi vindicare [1]. Quo pacto, satis constat prudenter accommodatum esse consilium, quod animo finxisse videtur Carolus quintus, scilicet in numerato, quantum res sineret, apanamenta constituere.

Nempe, tali ex incremento, ut frequenter quarto decimo seculo contingebat, traditus engolismensis comitatus, nec a Ludovico e Francia, neque a masculis ejus posteris fuit unquam repetitus; immo, post teterrimam Ludovici mortem, die tertia et vicesima novembris (nona die ante kalendas decembris) necati [2], sepositus fuit ex apanamenti demptione quam, detrimento filiorum defuncti ducis Ludovici, Carolus sextus decrevit [3].

E. *De apanamenti divisione.* — Jam inde anno 1403, Ludovicus e Franciā, suo testamento, diviserat suum inter filios apanamentum [4], salvā, ut liquet, regi assen-

1. Parisius, 6 oct. 1394, Arch. nat. K 533 n° 23; KK 896, f° 173 v°, sqq.; J 359, n° 21; — Bibl. nat. *Fr.* 4502, f° 180; P. Dupuy, *Traitez touchant les droits du roy...* Paris, 1665, p. 825.

2. E. Jarry, *op. laudato*, pp. 355-356.

3. Nov. 1407, Arch. nat. KK 551, f° 139 r° sqq : — Monstrelet, édit. a Doüet d'Arcq, I, 168; Religieux de Saint-Denis, édit. *Doc. Inéd.* III, 212.

4. Vide quod, de eodem testamento, jam senserimus, apud *Biblioth. de l'École des Chartes*, vol. LVI, 1895, pp. 523 sqq.

sione; quā lege Joanni distribuerat comitatum Engolismensem ; unde contigit ut, mortuo Ludovico, anno 1407, Joannes jam Comes Engolismensis appellaretur [1].

Re quidem verā, anno 1445, ubi Joannes ab Angliā rediit, quā, duodecim annos natus, anno 1412, abductus fuerat in captivitatem [2], redintegrata fuit, a Carolo Aurehanensi, majore Joannis fratre, partitio, jam habita anno 1403; quo pacto, Comitatu Engolismensi in manu Joannis servato, efflagitum fuit ut rex assentiretur [3]. Namque, cum apanamentum a rege constitueretur dono, si quid postea mutari placeret, id quoque debebat manare ex auctoritate regis.

Verumtamen, anno 1445, apanamentum Ludovici ducis aliaque bona, quae filiis ejus obvenerunt haereditate, non ad summam distributa sunt sed interim et quasi per vindicias. Itaque cum, anno 1498, Ludovicus, Caroli Aurelianensis filius, rex evasit Francorum, nomine Ludovicus duodecimus, Ludovica Sabauda principissa contendebat ducatum Aurelianensem apanatum, propterea quod apanamentum non fuerat plane

1. *Geste des Nobles*, édit. a Vallet de Viriville, p. 118; antea, Carolus, major Joannis frater, nomine « comite Engolismensi » vocabatur : Arch. nat. K 55 n° 27, 27², 28; K 56, 18; Bibl. nat. *P. Origin.* vol. 2155. 5, (251) 355. — Monstrelet, édit. *cit.*, pp. 394 et 167.

2. Quam captivitatem enarrare jam nisi fuimus, apud *Revue historique*, vol. LXII, a° 1896. De Engolismensis comitatus concessione Johanni Engolismensi comiti, vide A. nat. P. 1403 I, n° V, pp. 229 sqq.

3. Charta Origin., Arch. Nat. P. 1410² n° 3; die 25 augusti mensis, 1445 : « Si prions et supplions nostre tres redouté sgr, le roy, qu'il lui plaise avoir agréable le contenu en ces présentes et le confermer et approuver.... » — Cf. *Guidon des finances*, édit. 1644, p. 682 et Arch. nat. KK 551, f° 6 r° — 7 v°.

distributum, ad comitem Engolismensem, non vero ad imperium regis, esse reducendum [1]. Namque, sicubi defecerat in perpetuum rata divisio, Ducatus ille permanserat inter duos ejusdem gentis ramos, Aurelianensem et Engolismensem, quasi indivisus; siquidem annua pecunia comitibus Engolismae, a ducibus Aurelianensibus, tradita, testimonio ostendebat apanamentum commune domūs non esse dividuum [2]. Quā igitur argumentandi ratione, Ludovica Sabauda hanc legem, tacite, profitebatur : scilicet quando apanamentum certo ordine fuerat distributum, partem quae uni ex cohaeredibus obtigerat, deficientibus masculis haeredibus, jure quidem ad imperium regale reverti, alios vero haereditatis participes

1. Arch. nat. P. 1403 [2], iiij^{xx} xviij, f° 1 v°, 5 r°, art. 5 : « Par assecucion de la couronne de France, les nom et armes d'Orléans sont venuz et escheuz audit mgr le comte d'Angolesme ; savoir si le tout dudit appanage qui n'a esté partagé.... doit à présent revenir aud. mgr. d'Angolesme, avecques lesd. armes.... » ; art. 11, « Item... à noter la raison desd. armes et nom de la Maison qui demoure à mondit sgr d'Engoulesme, qui est seul cappable à les avoyr, et, s'il ne prenoit les seigneuries qui en deppendent, seroyt *habere nomen et honores sine re*, scavoyr est si le tout dud. appannage qui n'a esté partagé... doyt à présent revenir audit mgr le comte d'Engoulesme avec lesd. armes ». In margine tamen, f° 1 v°, « dubium » aperte scribitur.

2. *Ibid.*, f° 1 r°, art. 3 : « Item que *jamais ne fut fait partage ne division desd. seigneuries dudit appanage* entre lesd. frères, [Carolum scilicet Aurelianensem Johannemque Engolismensem] ne leurs heritiers, jaçoit ce que led. feu mgr le duc Charles bailla audit feu mgr le conte Jehan, *par provision ou partie de partaige*, la conté d'Angolesme tant seullement, qui estoit et encores est de très petite valleur, aians regard aux autres sg^{ies} dud. appanaige et, oultre, led. feu mgr. d'Orléans bailla et fit poyer *par provision ou pour pencion, attendant partaige,* audit mgr. d'Angolesme son frère ij^{m} livres, lesquelles ou partie d'icelles ont esté continuées de paier à luy et à ses hoirs, jucques il y a dix ans ou environ ».

nullo modo posse hanc partem usurpare apanatam [1]. — Quare sine dubio, ne talia in perpetuum vindicarentur, velut juris perimendi causa, Ludovicus duodecimus comiti Engolismensi Ducatum Valesium tradidit [2].

F. *De litteris apanamenti in publicas tabulas perscribendis.* — Sane, ut legitima haberentur acta, cum instituerent apanamentum augerentve, de eo demerent aut dividerent per partes, ea erant in publicis tabulis a Parlamento et Camerā Computorum perscribenda [3]. Nec vanae per modum formulae habebatur ista perscriptio, sed censurae causā utiliter agendae, in munificentiam regum, saepius inconsultam [4]. Itaque, cum Ludovicus duodecimus ducatum Valesium verbo pure et ideo sine ullā exceptione, comiti Engolismensi dono dedisset, Parlamentum expostulavit ut id concederetur tantum per modum amplificati apanamenti ducatumque, deficientibus masculis haeredibus, ad regale imperium reverteretur [5].

1. Vuitry, *op. laudato*, vol. I, 1285-1328, p. 39 ; *Ord.* I, p. 627 et XI p. 444.

2. *Infra*, nota 5 : febr. 1498/9, Arch. nat. P. 1403 [1] n° lxxvj.

3. Arch. nat. KK 551, f° 9, sqq. ; annis 1418, 1425, 1498 ; f° 185, sqq. a° 1501 ; f° 155 v°, a° 1461 ; f° 158 v°, a° 1465 ; f° 166 r°, a° 1465 ; f° 170 r°, a° 1469 ; — f° 172, 10 julio 1469 : « Louis... roy de France... nous avons... ceddé... à nostre... frère Charles duc de Guyenne pour tout son droit de partage et d'appanage lad. duché de Guyenne avec la comté de Xaintonge... et, pour ce qu'il est *de necessité qu'elles soient leües, publiées et veriffiées tant, en nostre court de Parlement que en nostre Chambre des Comptes à Paris*,....

4. Exempli gratia, a° 1418, de Bituricensi ducatu, KK 551 f° 9 v°, 10 r°.

5. Arch. nat. P. 1403 [1] lxxviij, f° 2 r°.

G. *Quomodo in possessionem mitti soleret vir apanatus.* — Viri apanati non videntur apanamenti possessionem occupavisse longe aliter ac alii optimates in dominium veniebant non apanatum sed a rege concessum [1]. Nempe libello postulationis seu, viā rectā, ad regem vel Parlamentum, sive obliquā, domino supero mediante, allato, privati destinebantur legati qui, interdum, praepositi regionis hujus ordinarii praesto erant; sic, exempli gratiā, senescallus Engolismensis, anno 1445, delegatus est, ad mittendum Engolismensem comitatum in manu Joannis comitis [2]. Hi quidem legati, cum procuratoribus viri nuper apanati, simul se illico et vicissim conferebant in locos apanamenti satis magnos, verbi gratia, in caput cujusque castellaniae. Ibique vero, post litteras regales recitatas, postulabant claves urbis castellique et, pro tribunali, sedebant. Tunc praesentium quidem ministrorum accepto jurejurando, absentium vero per procurationem, renuntiabant se sinere, ad tempus, ut iidem ministri fungerentur muneribus; postea cavebant ut judices redderent jus, ut

1. Junio 1392, de Blesenci et Dunensi emptis comitatibus, K 1210, n° 17; cf. n° 18; a° 1395. de dominio Farā in Tardeniā empto, K 533 n° 28; cf. 24, 25, 27; et KK 896, f° 252 v°; cf. 255 r°; — a° 1400, de Porciano comitatu K 1155; — annis 1482, 1488, 1492, de variis, ad comites Engolismenses pertinentibus, dominiis nequaquam apanatis: P. 1153, f° 202 v°; P. 1403, 1, lxix f° 1 sqq; Bibl. nat. *P. Orig.* vol. 95, n° 368. — De ceteris vero dominiis minime ad Engolismensium sobolem spectantibus: a° 1455, J 854 n. 6 et 3; 13 nov. 1478, J 884, n. 9; 28 junio 1488, P 1389 [3], n° 354 *bis*; 3 nov. 1502, Bibl. nat. *Doat*, vol. 227, f° 269; 20 mart. 1504, Arch. nat. J 954 n° 3; 20 juin 1508, *Doat* vol. 228, f° 294 et ss.

2. P. 1403, I; n° ij. — Sénemaud, *Bullet. Soc. Arch et hist. Charente*, 1859, pp. 228, sqq.

servientes interpellationes facerent etc., novi sub nomine domini apanamento praediti [1].

H. *De fide et hommagio erga regem.* — Quotiescumque, regis assensu, concedebatur apanamentum, fides cum hommagio êrga regem omnino vindicabatur, a quibus nullus vir apanatus habebatur immunis [2]. Quā de causā, engolismenses comites hommagium regi, in fidei testimonium, toties debebant praestare quoties sibi invicem succedebant [3] vel rex mutabatur [4], immo quando in suam veniebant tutelam [5]. Ceterum, pro rei necessitate, facultas erat e rege impetrandae « dilationis aut tolerantiae » (gallice « répit ou souffrance ») de hommagio prestando [6].

I. *De annis pupillaribus et tutelis.* — Non sane pepercerunt comitibus engolismensibus anni pupillares; Joannes enim comes septem annos circiter natus erat, quando pater obiit tertiā et vicesimā die novembris (nonā, ante kalendas decembris), anno 1407 [7], cujus

1. De apanatis dominiis : 15 jul. 1392, de Aurelianensi ducatu KK 896, f° 139 ; 4 oct. 1469 de Aquitania, K 1163, n° 22 ; febr. 1499, nov. st. de Valesio ducatu, P. 1403 [1], lxxviij, f° 2 r° sqq.

2. 17 august. 1461, dux Burgundus ; Niverniusque comes eodem die, P. 16, n° 5840 et 5841 ; 22 nov. 1465 dux Aurelianensis, P. 16, n° 5853 ; 30 octob. 1465, Carolus regis Ludovici XI frater, natu minor, dux Normanniae, KK 551, f° 164 r° ; 5 jul. 1499, Flandriae comes. J 1039 n° 36.

3. 1467, post Johannis comitis mortem (P. 1403, I, n° 35 sqq) viduae Margaritae hommagium.

4. Sept. 1461. P. 554 [1] n° 124 *bis*.

5. Caroli comitis hommagium, 19 august, 1476, P. 1403, I, xlij ; Francisci comitis, 9 mai. 1512 P. 1403, 2, iiij^xx vj.

6. 30 mai 1467, P. 1403, I, n° 35. Cf. 24 jul. 1498, pro Alençonia ducissa, P. 554 [1] n° 124 *bis*.

7. *Supra* p. 8 et 14.

utpote captivi, ab anno 1412 usque ad annum 1445, pupillares anni hoc tantum ultimo temporis momento finem habuerunt [1]. Insuper, Joanne defuncto pridie kalendas maii (die tricesimā aprilis), anno 1467 [2], Carolus, ejus filius adhuc pupillus erat et, sub tutelaribus annis, mansit, usque ad annum 1476 [3]. Denique cum, suā vice, Carolus immature mortuus est, kalendis (primā die) januarii 1496 [4], Franciscus etiam, ejus filius, nondum biennis erat [5] et non tutelae suae factus est, nisi septimā die ante idus (9ª die) maii 1512 [6].

Inde accidit ut trium comitum administratio pupillaribus annis orsa sit; quā de causā, rex habuisset jus pupillorum sub patrocinio recipiendorum necnon, eos regendo, simul bona administrandi [7]. At potius satis habuit tutelam mandare tribus comitissis matribus : Valentinae Visconti [8], Margaritae de Rohan [9],

1. Die 15 julio 1445, Aurelianensis dux his verbis adhuc nuncupatur : « André de l'Oustel, clerc, guarde du seel establi aux contraits à Coingnac et à Merpins pour.... mgr le duc d'Orléans aiant le bail, gouvernement et administracion de mgr son frère, comte d'Engolesme ». P. 1404, ij, nº ijᶜ-lj. — Comes vero, jam a 31 die mensis martii 1445, custodiā liberatus fuerat (Charavay, *Rev. Doc. histor.*, 1877, p. 24) nondum vero comitatum suum petierat.

2. J. du Port, *op.* et *loc. cit.*, pp. 94-95; Arch. nat. P. 1410², 37, fº vij « mond. sgr le comte Jehan... qui trespassa le derrier jour d'avril l'an mil iiijᶜ lxvij ».

3. Mense augusto vel septemb. *Supra*, n. 4, p. 9.

4. *Supra*, *ibid.*, n. 6.

5. R. de Maulde la Clavière, *Louise de Savoie et François I*, p. 14 n. 3 : natus erat 12 sept. 1494.

6. Arch. nat. P. 1481, I, 920 ; charta originalis.

7. 29 nov. 1407, B. nat. *Fr.* 20380 nº 11 ; 10 déc. 1408, *ib.*, nº 21 ; — 25 febr. 1495/6, P. 1403, I, lxxiiij.

8. 29 nov. 1407, *Fr.* 20380, nº 11.

9. Maio mense 1467, A. Nat., P. 1403, I, nº 35 ; cf. 36 et 36 *bis*.

Ludovicae Sabaudae. Quarum primā quidem Valentinā mortuā, Rex Joannis tutelam tradidit fratri, ejus natu majori, Carolo Aurelianensi [1], licet adhuc puero, quatuordecim tantum annos nato [2]. Ludovicā vero Sabaudā, antequam ad suam aetatem quinque et viginti annos pervenerit [3], viro privatā, Dux Aurelianensis tutelam Francisci comitis et sororis ejus Margaritae sibi vindicavit [4]; ideoque Carolus octavus hunc ducem Ludovicae adjunxit tutorem simul, honoris causā, institutum [5]. Interea toto pupillarium amorum tempore, titulus omnium actorum, tabulis publicis inscriptus, in engolismensi tractu, proferebatur nomine tutorum balliviam exercentium, propterea quod omnes ministri, ex iisdem tutoribus tenentes magistratus suos, sua officia gerebant [6].

J. *De emancipatione et curatione.* — Per emancipatio-

1. 10 déc. 1408, Bibl. nat. *Fr.* 20380, n° 21.

2. *Ib.* « aagié de quatorze ans ». Cf. quae scripserimus, *Bibl. École des Chartes*, LVI, 1895, p. 523, n. 4.

3. 25 febr. 1495/6, P. 1403 [1], lxxiiij.

4. *Id. ibid*; — Bibl. nat. *Fr.* 8815, f° 16 r° (8 janv. 1496/7) : Ludovica Sabauda misit ad regem, Lugduni tum remanentem, Senescalli locumtenentem Engolismensis « pour le fait de la tutelle des enffans de mad. dame et en avoir confirmation pour mad. dame, auquel lieu de Lyon demeura par longtemps par ce qu'il ne povoit faire despescher lad. tutelle, pour l'empeschement que y donnoit mgr d'Orléans qui la vouloit »....

5. 25 febr. 1495/6, Charles... roy de France,... ordonnons... que nostred. frère et cousin le duc d'Orléans soit et demeure tuteur honoraire desdits enfans mineurs de nostred. feu cousin le comte d'Angoulesme ». P. 1403 [1], n° lxxiiij ; — n° 1497. *Fr.* 8815, f° 36 v° ; P. 351, iiij *bis*. — Cf. Maulde (de), *Hist.* L. XII, t. III, p. 381-383.

6. V. *Supra* n. 1, p. 20 ; — Sazerac de Forge, *Bullet. Soc. Arch. et hist. Charente* 1845, pp. 219-220 ; et 25 fevr. 1495/8, P. 1403 [1], n° lxxiiij, *ad finem*.

nem in breve coacti sunt non omnes hi pupillares anni; captivitas enim Johannis prohibuit regem ne eum a suā manu dimitteret; sed contra rex e potestate regiā liberavit comites Carolum [1] et Franciscum [2]. Carolum vero, tutelae suae factum, subjecit Rex Margaritae de Rohan, comitissae engolismensi, dote praeditae, quae ejus curam administraret, cui tamen cavit adjungere, saltem ab anno 1473 usque ad annum 1477, nobilem quemdam Yvonem Folium, quem sibi fidum habebat [3]. — Constat igitur regem longo tempore pupillarium annorum, quanquam a seipso non munera tutoris aut curatoris obtinebat, saepe tamen intervenire, ut ea cui placitum erat permitteret. Unde compertum habemus nihil tunc effici nisi voluntate regis, quem penes, in pupillaribus annis, magis quam ullo alio tempore, manebat engolismense apanamentum.

K. *De paritate.* — Comes engolismensis non modo vir apanatus erat, sed etiam Franciae par; immo in engolismensi tantum tractu fruebatur apanamento sed ibidem et alibi, insuper, paritate.

Re quidem verā, a quarto decimo seculo usque ad quinti decimi finem, plures facti erant Franciae pares laïci. Praeter enim antiquos sex Franciae pares clericos (scilicet ducem et Archiepiscopum Remensem episcoposque duces Lingonensem et Laudunensem, comitem Cabilonensem, comitem Noviodunensem, comitem Bellovacensem), itemque antiquos sex pares laïcos (duces Burgundiae, Normanniae, Aquitanniae, comites Flandriae, Campa-

1. *Supra* n. 1, p. 21.
2. *Supra* n. 6, p. 20.
3. 22 et 27 febr, 1472/3, P. 1404 [1], 137, B, f° 2 r° ; 5 v°; 10 et 14 jul. 1473. P. 513 [2] 74 et v° etc.

niae, Tolosae [1]) reges insuper novas creaverunt paritates pro Joanne [2] et Carolo e Franciâ [3], pro Ludovico delphino [4], pro Carolo tertio [5] et Petro Navarrensi [6], pariterque pro comitibus Algae [7] et Nivernii [8], comitibus deinque ducibus Alençonii [9] et praesertim pro ducibus Aureliani comitibusque Engolismae. — Pro duce quidem Ludovico Aurelianensi et ejus haeredibus, creata fuit haereditaria paritas in patrimonium anno 1386 [10]. Comes vero Engolismensis, Ludovici Aurelianensis filius, semper habitus est par Franciae [11]; quo nomine adfuit potissimum causae ducis Alençonii, anno 1456 [12], exsequiis

1. De quibus, Bibl. nat., *Fr.* 4638, f° 2 v°; annis 1473 sqq. X^1a 1486, f° 126 v°; 103 v°; X^1a 1487, f° 1 v°; 166; 204 v°; X^1a 1488, f° 99 r°; 108 v°; X^1a 1495, f° 83 v°, etc.
2. 1416, 16 jun. *Ord.* X, 368.
3. 1417, 17 mai. *Ord.* X, 409.
4. Caroli sexti scilicet filio; 1410, 25 dec. *Ord.* IX, 554.
5. Navarrensi rege, 1404, 9 jun. *Ord.* IX, 11.
6. 1408, mart. *Ord.* IX, 423.
7. X^1a 1496, f° 158 r°, a° 1489; et jam antea.
8. P. 16, n° 5841, a° 1461; jamque antea. — 8 august. 1477, X^1a 1487, f° 204 v°.
9. 1414/5, 1 januar. *Ord.* X, 228. — Ne de caeteris loquar quorum Andegavia, sept. 1297, Isambert II, 710, Pictaviensis comitatus, august. 1315 (*ib.*, III, 118-119); Ebroicensis comitatus, januar. 1316/7 (*ib.*, III, 150-151); Burbonensis comitatus, dec. 1327 (*ib.*, III, 332); Matisconensis comitatus, sept. 1359 (*ib.*, V, 61); insuper, cf. KK, 551 f°s 60, 70, 89, 150 r°.
10. Arch. nat., KK 896, f° 213; — cf. 28 jun. 1399, *Ord.* VIII, 331; KK 896, *cit.*, f° 86 v°, 87 r°, 378 v°, 379 r°.
11. Sicut concessum fuerat a rege, annis 1386 et 1399, pro Aurelianensis sobole ducis; *supra*, n° 3.
12. Bibl. S. Genov. Lf $_2$ f° 131 v°; Bibl. nat., *Fr.* 5738², f° 17 r° sqq.; British Museum, Addit. mss. 30758, f° 180 v°-189 r°. — Chastelain, édit. ab A. Kervyn de Lett., III, p. 474; *Chron. anon.* 1400-1467, apud Godefroy, *Charles VII*, p. 355; Berry, *Prim. contin.*, *ib.*, 478; Jean Chartier, vol. III, pp. 91-110.

Caroli septimi [1] et consecrationi Ludovici undecimi, augusto mense anni 1461 [2]. Profecto, Carolus sextus Ludovico e Franciā jus agnoscebat in paritate quaedam tantum dominia tenendi. Verumtamen probabile videtur comites Engolismenses in paritate tenuisse dominia vel non apanata, haud secus ac ipsum apanamentum [3], nec illa tantum quae orta erant ex patrimonio et ad tempus distributa (Romorantinum Millianacum, Chesiam et Villam-francam ad Carim, Sparnacum, Faram in Tardeniā [4]) sed etiam ea quae per matrimonium [5], donum regis aut aliā ratione postea sunt adepti [6]. Sane primum in disceptationem venerunt, quodam temporis momento, de uno saltem dominiorum istius modi expostulationes [7], sed postremo jus paritatis videtur in universum praesto fuisse, nullo secus obsistente graviter. Immo privilegium quod, paritatis causā, contingebat praecipuum, nempe coram Parisiensi Parlamento tantum litigandi [8], collatum fuit impetrante comite, in fundos qui, sicut Vitrezais, exempli gratiā, proximā vicinitate Parlamento Burdigalensi confines haberi poterant [9]. Insuper

1. Escouchy, édit. a Beaucourt, II, pp. 424-425. Probat. Supplem. (Paris, 1864), pp. 59-79; Berry, 2ª *Continuat.* apud Godefroy, *Charles VII*, pp. 478-480.
2. Chastellain, IV, 50-53.
3. Anno 1464, P. 1404[1], 141, B *bis*,
4. 29 jun. 1445, P. 1403[1], n° V.
5. P. 1403[1], n° vj et vii, 31 august. 1449 et 11 oct. 1455; Bibl. nat., *Fr.* 22340, f° 144 sqq. — Annis 1487 sqq. P. 1403[1], lx et lix; P. 2301, f° 1021, sqq. etc. *Infra*, cap. IX.
6. *Ibid.*
7. 16 mai. 1485, X[1a] 4826, f° 188 v°. — *Vide* 13 oct. 1463, Ludovici XI litteras. P. 1410[1], 953.
8. 13 octob. 1463, *Ord.*, XVI, 87; Isambert, X, 474-476; 14 dec. 1464, *Ord.*, XVI, 278; Isambert, X, 500.
9. *Infra*, caput VII : jun. 1500, P. 1408[1], n° 732[20].

femineus sexus quo feminae saepius prohibebantur ne feudum tenerent in apanamento [1] non officiebat quominus id tenerent in paritate [2]. Ludovica enim Sabauda, anno 1515, 4 febr. consecuta est ut in paritate haberet Engolismensem agrum [3].

§ III. — Infra dominos apanatos : De vassalis comiti subjectis.

Si Rex quidem, sive apanamentum sive paritatem inspicias, in Engolismensi provinciā, comiti supereminebat, omnes incolae ejusdem tractus subjecti erant comiti, qui habebatur unicus omnium dominus, donec contrarium esset exploratum [4]. Quippe a subjectis erant comiti suppeditanda dominii sui instrumenta, sine quibus nec fundi, nec jura ex eis pendentia subjectorum erant [5], sed comitis. De cetero, nullum, ut videtur, in Engolismensi tractu, inveniebatur alodium [6].

1. *Supra*, n. 5, p. 12 : ubi de iis quae ex consuetudine et lege discurrerent pauca verba fecimus.

2. Nec desunt quidem exempla mulierum dominiis in paritate tenendis aptarum; 1 dec. 1506 : « Le roy a ordonné que lad. terre de Coucy soit désormais *tenue en parrie* nuement sugette à la cour de céans [id est Parisiense Parlamentum] pour luy et ses hoirs masles et *femelles* », X^{1a} 4848, f° 38 r°.

3. *Actes François I*, I, 75.

4. Arch. nat., P. 1410^2, 37, f° xxj, v°.

5. *Ibid.* « Mondit sgr le comte [scilicet Engolismensis] si ne lui plaist n'est en riens tenu monstrer ne enseigner de ses droiz domaines et héritages... ; contra autem comitis subjecti « sont tenuz par le gros et par le menu lui monstrer et enseigner de leurs droiz... » — Sic 13 dec. 1493, P. 1403^2, 136, *ad finem*. — Anno 1464 : « Comitatûs sui Engolismensis mondit sgr le conte tient une partie en sa main et l'autre est tenue de luy en fief et refief ». P. 1404, I, 141 B *bis*, f° 1.

6. Cf. Consuetudinis Engolismensis articul. 20; Bourdot de Richebourg, *Nouv. Coût. génér.*, IV, 842.

A. — Novus unuscuisque comes jus habebat imperandi ut, intra quadragenos dies, fieret *hommagium* de feudis omnibus et *denuntiatio* omnium censivarum, quas profiterentur vassali ab eo acceptas [1]. Quod si tunc vellet persequi, id palam significabat per praeconem [2].

Excepto autem hujus modi communi monito, quisque feudi detentor hommagium praestare certis temporibus cogebatur : scilicet quando mutabatur vassalus [3], vel superus dominus [4], vel uterque simul et, uti dicebatur « in mutatione domini et vassali », gallice, « à muance de seigneur et vassal [5] ».

Hommagia vero, in Engolismensi tractu, fiebant non quidem simplicia [6], sed ligia (*gallice* liges) et de plano (*gallice* plains [7]). Ex instituto, praestabantur hommagia coram et ipso praesente domino, ab ipso vassallo pre-

1. Id fieri solebat non pro comite tantum sed pro quolibet, apud Engolismenses, domino, ut profitebatur Consuetudinis 24 articulus, *Nouv. Coût. génér.*, *loc. citat.*

De his vero quae ad Comitem attinent, *vide* Arch. nat., P. 1405[2] 564, 565 et 567; P. 1405[1] 342; P. 514[1] 289; P. 1404[1] clxxj[6], *ad finem.*

2. Arch. nat. chartis citatis et insuper, a° 1390, P. 514[2] 350; P. 515[1] 639; 501; — P. 515[2], n° 538.

3. 30 dec. 1455, P. 514[1] 305; 17 august. 1457, P. 513[3] 218; 8 jul. 1462. P. 514[2] 403, etc.

4. 25 oct. 1445, P. 514[1], 321; 30 oct. 1445, P. 513[3], 3, 180, etc.

5. Cf. 20 nov. 1445, « in mutacionibus dominorum » P. 513[3] 236; 10 apr. 1465, n. st. « à muance de sgr et de vassal », P. 513[1] 68.

6. Art. 20. Consuetudinis Engolismensis, IV, 842, *Nouv. Coût. génér.* : idem erat ligium quod planum, sicut in Pictaviensi vicina consuetudine : Ragueau et Laurière, *Glossaire du droit françois*, 1704, t. II, p. 58; saepius tamen ligium nuncupabatur : a° 1445, 16 octob. P. 513[3], n° 154; 25 octob. P. 514[1] 521; P. 516[2], 677, etc., aliquando tantum planum nuncupabatur, 3 august. 1456, P. 514[1], 293; 12 august. 1446, P. 513[1], 12.

7. *Ibid.*

sente, cui non licebat per procuratorem hommagium praestare nisi propter idoneas causas, sicut aetatem [1], morbum [2] aut ceteras [3], de quibus comes servabat jus cognoscendi [4]; namque ita Rex agebat in tradendis feudis regalibus [5]. Item ex instituto, quemadmodum praesens ipse Rex hommagium accipere debebat [6], ita etiam comes seu tutores comitis, si forte acciderent anni pupillares, solebant illud accipere [7]. Verumtamem comes, libentius Rege [8], id, de jure suo, remittebat pluriumque in gratiam ministrorum [9]. At saltem « basium » vassalo a comite vel a comitissā tutelae praepositā,

1. 4 sept. 1476 « certiffions... que... N... est homme eagé de 80 ans... et, obstant sond. eage, ne pourroit aller à cheval, sans grant détriment de sa personne... » P. 513[3], 156; 15 mai 1524, P. 515[1], 477.

2. 25 octob. 1445 « tant pour l'inffermeté et feblesse de mon corps, à cause de la maladie, que autrement... » P. 516[2], n° 677; 4 mart. 1470-1, P. 516[2] 697.

3. Viduitatis causā, 12 august. 1470, P. 516[1] 628; 11 jul. 1497, P. 514[2], n° 430; 24 octob. 1497, P. 514[2] 389; cujuslibetve morae causā, 16 dec. 1445, P. 515[1] 496.

4. De litteris procuratoriis, praecipue; 12 mart. 1456-7. P. 515[1] 497; 26 august. 1476, P. 513[1] 3; 5 sept. 1476, P. 513[3] 155.

5. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, libro V.

6. *Ibid.*

7. 2 sept. 1497, P. 514[2] 400; 16 jun. 1504, P. 514[2] 346.

8. *Vide* thesim nostram gallice scriptam.

9. 1° *Generalis engolismensis procuratoris*: a° 1445, 1 déc. P. 515[2], 523; 5 august. 1465, P. 513[3] 214[c] et 209; 2 jul. 1468, P. 513[3] 195; 6 jul. 1470, P. 513[3] 167; 20 octob. 1473, P. 513[3] 214; 19 jun. 1497, P. 515[1] 511; — 2° *Generalis engolismensis coactoris*, 25 mai. 1411, P. 515[1] 506, ejusve substituti; — 3° *Scribae ab epistolis*, 10 sept. 1476, P. 1410[1] 939, f° 4 v°; — 4° *Cambellani*, 3 jul. 1497, P. 514[2] 344; 1510, P. 520[2] 1721; — 5° *Engolismensis senescalli*, a° 1410, P. 1410[1] 939, f° 4 r°; 6 nov. 1489, P. 520[2], n° 1698; — 6° *Engolismensis gubernatoris*, 24 august. 1524, P. 514[2] 382.

debitum, in hommagii ritu, ipsius comitis plerumque erat proprium, nec a ministro ejus vicario poterat praeberi [1]. Quippe, in tali casu, non aliter agebat Rex [2].

Hommagio autem praestito, supererat pendendum a vassallo « *debitum* » (gallice devoir), quandoquidem « debito » erat locus [3] : scilicet quinque [4], decem [5], viginti [6], quinquaginta [7] aut centum [8] solidos, unum aureum nummum [9], unum candidum [10] auratumve calcar [11], unum vertagum [12], unum arcum [13], unam festucam [14], par manicarum [15], unam libram cerae [16], prandium unum [17], aut, datā exceptione, annuum vectigal, verbi gratiā, quadraginta solidos [18].

1. 2 jul. 1470, P. 513³ 154; 25 jul. 1500, P. 520² 1654; 4 januar. 1510-1511, P. 518² 1072; 26 januar. 1513-4, P. 517² 853, etc.
2. *Vide* thesim nostram gallice scriptam.
3. Nullo enim debito quaedam hommagia praestabantur : 8 august. 1470, P. 515² 587; 22 apr. 1485, post Pasch. P. 515¹ 453, etc.
4. 2 dec. 1445, P. 515, 575; 12 dec. 1445, P. 516¹ 611, etc.
5. 20 nov. 1445, P. 516² 679; 4 dec. 1445, P. 516² 605; 23 jul. 1470, P. 514¹ 310, etc.
6. 12 jun. 1454, P. 516² 660; 9 apr. 1480, P. 513³ 218; 1 octob. 1479, P. 513³ 172.
7. 9 august. 1470, P. 513³ 222; 13 sept. 1476, P. 514² 368; 9 januar. 1486-7, P. 513³ 223.
8. 14 januar. 1512-3, P. 516¹ 622.
9. 1 octob. 1479, P. 513³ 172; 9 apr. 1480, P. 513³ 218; 19 sept. 1497, P. 514² 360.
10. 10 august. 1470, P. 514¹ 277; 17 nov. 1472, P. 516² 681; 12 sept. 1476, P. 515² 577.
11. 1479, 26 august. P. 513³ 200.
12. 13 dec. 1471, P. 1410¹ 939, f° 3 et 4.
13. 8 august. 1470, P. 515², n° 587.
14. 13 jul. 1504, P. 514² 345.
15. 24 apr. 1450, P. 513¹ 58; 1 jul. 1470, P. 513³ 214.
16. 1 dec. 1445, P. 516² 669.
17. 18 mart. 1455-6, P. 516², n° 711; 20 octob. 1476, P. 516² 712.
18. 1 mai. 1474. P. 513¹ 18.

Post hommagium « debitumque » praestitum, insuper facienda erat *enumeratio* seu professio [1] (gallice dénombrement). Deficiente autem hommagio [2] vel debito, aut enumeratione non exactā ratione factā, vassalus capiendi feudi obibat periculum [3]. In his omnibus, comitatûs instituta penitus institutis regni erant similia [4].

B. — Atqui *inter nobiles*, una quidem gens, nempe Vendocinensis, titulum principis prae se ferebat, in Castellaniā Chabannaeā [5]. Genti vero Rupi-Fucaldensi titulus comitis, ab anno 1515, assignatus fuit [6]; antea erat in nobilibus viris jam baronum [7], sicut gens Voluria-

1. Cf. art. 23, Consuetudinis, apud Bourdot de Richebourg, *Nouv. Coûtum. génér.*, IV, 842.

25 jun. 1447, P. 515[1] 447; 7 jul. 1447, P. 514[2], 419 v°, etc.

2. Ne, praestito tamen hommagio, feudum antea confiscatum adhuc pro commisso teneretur, a comite monebantur senescallus engolismensis, ejusve locumtenens, saepiusque procurator et coactor atque advocatus : 26 octob. 1445, Arch. nat., R[1] 295 n° 40, notula 1672, f° 5; 16 jun. 1457, P. 513[3] 155, etc.

3. 18 mart. 1459-60, Bibl. nat., *P. Orig.* vol. 85, *Archiac*, n° 15; 23 jun. 1464, Arch. nat., P 1406[2] 637[30], etc. De probatione professionis habendā, 12 jun. 1465, P. 513[1] 68 v°; 15 sept. 1480, P. 513[1] 11, etc.

4. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, lib. V, cap. III.

5. Quo de titulo principis id sane a Carolo comite cautum erat, 26 august. 1485 : « N'entendons que le nom et tiltre de principaulté dud. Chabanais... soit ou préjudice, dommaige, diminucion ne interest des haulx droiz, prérogatives, prééminances de nostre conté, laquelle nous tenons en parrye et appanage à cause de la couronne de France... » P. 554[3], n° 370; 11 nov. 1451, P. 554[1], n° 89 *bis*; 21 mai. 1464, *ib.*, 139; 2 octob. 1470, P. 554[2], n° 288 *bis*; 11 sept. 1476, *ib.*, 329 *bis*; 26 august. 1485, P. 554[3], n° 370.

6. Moreri, *Dict.*, 1759, v° Rochefoucaud, François I; Duchesne, *Genealog. la Rochefouc.*, §§ XV sqq.

7. *Ibid.*, et 9 jun. 1486, P. 513[1], n° 1; *infra*, *Album* et *Partitionem*.

Roffiaca [1], Maroliaque [2], nomine decoratis : quae nomina cum castellani titulo interdum cumulabant.

Quippe gens Albaterrena gentilicios suos appellabat castellanos de Albaterra [3]; gens Rupes-Fucaldensis castellanos trium castellaniarum : de Blanziaco, Marthonio, de Rupe-Fucaldi [4]; gens Marolia castellanos de Monte-Maurelli et de Villaboen [5]; gens Voluria castellanos de Roffiaco [6]; gens Sangelasia castellanos de Sancta Eulalia [7]; gens Mailleiensis de Rupe-Fucaldi castellanos de Vertollio [8]; gens Burdelhia castellanos de Gresinhaco et de Turri Alba [9]. — Sed, in totis castellaniis Engolismensi, Botavillari, Compiniacensi, Merpisiensi [10] et, ab anno 1471, Monte Berulphensi [11], non erant alii castellani ac comites apanati.

Nobilium vero, qui feuda tenebant, non sicut castellanias habita et in diversis castellaniis, comiti reservatis, posita, indicem perlegere hoc loco longum esset ac fastidiosum; quem, in alium librum et ad summam contrahendo, transferre curabimus.

1. 10 sept. 1476, P. 513[1] 60; cf. 24 apr. 1450, P. 513[1] 58; *infra*, *Album* et *Partitionem*.
2. *Infra*, *ibid.*
3. 1 febr. 1452 n. st. P. 513[1] 28; 3 octob. 1457; *ib.*, 30; 24 sept. 1476, P. 513[1] 19.
4. A° 1435, Bibl. nat., *Fr.* 20684, f° 151 r°; 26 august. 1473, Arch. nat., P. 521[1] 1734, etc.
5. 15 sept. 1480, P. 513[1] 11; 10 jul. 1497, P. 513[3] 229.
6. 10 sept. 1476, P. 513[1] 60.
7. Gallice, S[te] Aulaye, 22 august. 1485, P. 513[1] 39.
8. 20 oct. 1476, P. 513[1] 4.
9. 1 mai. 1474, P. 513[1] 18; 10 sept. 1490 et 15 januar. 1513/4. R[1] 298, notula 1729 B et C.
10. P. 1415, f° 57, 61, 66 r°.
11. *Ib.*, f° 70 r°; *Bullet. Soc. arch. et histor. Charente*, 1851-2, pp. 103-104.

C. — *De cleris*. Clerus quoque, secundum regulam vel in seculo vivens, feudorum instituta, in Engolismensi tractu, sicut in reliqua Francia [1], ingressus, haud aliter ac laïci, fidem et hommagium comiti praestabat.

Cum enim Rex, mense octobri 1394, comiti Engolismensem agrum in apanamentum concessit, sibi tacite reservaverat, non minus quam in alio quocumque apanamento [2], ecclesias cathedrales ac ecclesias monasteriorum a rege conditas aut saltem tali creditas origine [3]; quae imprimis erant ecclesia cathedralis Sancti Petri Engolismensis, abbatiae Beati Eparchii et Beatae Mariae de Corona [4]. Nihilominus Rex, simul ac Ludovico Aurelianensi, per easdem litteras datas anno 1394, concesserat agrum Engolismensem, comitibus Engolismensibus, etiam, expressis verbis, tradiderat « patrocinia, collationem et beneficiorum traditionem » (les patronages, collation et présentation de bénéfices [5]).

Decimae, in Engolismensi tractu, multis sane locis, tanquam feuda, laïcis erant concessa [6]; verumtamen

1. *Vide* thesim nostram Gallice scriptam, liv. V, cap. III.
2. *Ib.*
3. V. *infra*, cap. VII, J 359, n° 21, a° 1394 : « avecques tous autres droiz royaulx qui ne pevent... estre mis hors de la Couronne de France que nous en avons retenus... »; — a° 1540 « la garde des églises cathédrales et autres... de fondacion royal ou autrement privillégiées », KK 551, f° 190 r°.
4. P. 1410[1] 948; [circa 1467-1469 annos]; *vide* eruditissimi J. Nanglard abbatis librum, de quo nosmet ipsi pauca jam verba fecimus, *Bibl. Ec. Chartes*, 1895, t. LVI, pp. 229 sqq. : *Pouillé historique du diocèse d'Angoulême*, t. I, 1894; extr. du *Bulletin de la Soc. archéol. et histor. de la Charente*; *passim*, et pp. 427, 428; — cf. *Annales Lauricenses*, a° 769, édit. Pertz, t. I, *Monumenta Germaniae*.
5. Arch. nat., J 359, n° 21, 6 oct. 1394.
6. *Infra*, cap. IX.

potestas et divitiae, in manibus cleri relictae, nonnihil videbantur comitum auctoritati graves; namque quod juri derogatum a priore S^ti Leodegarii [1] haud semel nec ab uno factum erat. Nempe ecclesiastici viri, quo majores fierent improbae possessiones, iterum atque iterum aliorum instar, quaestum fecerant, e perturbatione quae, in Engolismensi tractu, intercesserat, usque ad annum 1445 [2]. Comitibus enim operae pretium fuerat, non minus ac regibus, diligenter inspicere quomodo cleri res occuparent [3]. Itaque, circiter annum 1452, generalis omnium praelatorum conventus episcopi, abbatumque, fuit congregatus, non absente sed convocante comite [4]. Praeterea, regis ad exemplar [5], praebendam sibi reposcebant comites rationem bonorum a cleris partorum, jam abhinc proximis quadraginta annis; quae dicebantur « recenter comparata » (gallice vero « nouveaux acquêts ») [6].

D. — Quemadmodum ecclesiastici viri feuda nobilia

1. P. 1405[1] 563[1], f° xxiv sqq.

2. In castellania scilicet Botavillari, Botavillaris quidem ipse prior, P. 1404[1] cxl; P, 1405[2] 563[1] et 563[2], f° xiv sqq.; in castellania Compiniacensi prior etiam de Gandaury, *ibid.*, f° xxxj sqq.; Marvaud, *Cognac*, I, 62, 71, 72, etc.

3. De his inquisitionem Joannes comes fieri jussit quum, anno 1445, e carceribus Anglorum fuit egressus : Arch. nat., P. 1405[1] 563[1 et 2]; annis tamen sequentibus, idem comes et tam Beati Petri Engolismensis capitulum quam Beati Eparchii monachi venerunt in certamen, de plurimis feudis, P. 1405[1] 306, 312 etc.

4. *Gallia Christiana*, III, 1111.

5. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, liv. III, chap. V.

6. 5 dec. 1445 : « S'ensuivent les choses qui ont esté acquises à la chapellanie S. Liger de Coingnac, puis 40 ans en y a, resséans en la comté d'Engolesme, baillées par déclaracion au procureur de... mgr le comte d'Engolesme, pour obaïr aux ediz et commandemens de par iceluy sgr », P. 1405[2], n° 566[1].

tenebant, ita homines etiam *ignobiles* [1]; non tamen nobis compertum est illos, hāc de causā, comiti vectigal liberi feudi rependisse, eādem ratione quā, in regali dominio, id regi solvebant portorium, gallice « francs fiefs » nuncupatum [2].

E contrario, nonnulli viri nobiles et ecclesiastici censivas possidebant [3]. Quisque autem, censivae detentor, debebat, propositā bonorum mulctatione, suam censivam declarare semel in vitā [4], nisi forte dominus hoc pluries imperaverit. Ut quidem comes totius sui comitatûs conjectabatur dominus, sic castellanus suae castellaniae. Huic igitur licebat « tradere in censivam » omne jus, omnem feudum cujus traditio antecedens non pro manifestā habebatur [5]. Ceterum occasio nobis erit infra dicendi, quo pretio sive quā annuā mercium compensatione, bona ignobilia tum fuerint occupata [6].

Munitiones vero, quibus clausa erant oppida Engolisma et Compiniacum, non prohibebant quin urbes, hortos,

1. 12 august. 1470, P. 513[3] 156; cf. 4 nov. 1445, P. 516[2], n° 651.

2. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, liv. V. Anno 1481 aut antea Ludovicus XI rex ducissae dat Aurelianensi « les composicions des francs fiefs de ses pays terres et seigneuries » : ex quo jam colligi potest jus dictum gallice « franc fief » regium a rege tunc habitum fuisse; Arch. nat., KK 902, f° 11 v°. — Luchaire, *Alain d'Albret*, p. 167 et ss.; Maulde (de), *Hist. Louis XII*, t. I, p. 322.

3. 1° *Nobiles* : 29 nov. 1445, P. 514[1] 296.

2° *Ecclesiastici* : 1441, 30 mai. P. 1405[2] 401; 23 jul. 1446, P. 1405[2] 557, f° 1 r° sqq.

4. Engolismensis Consuetudinis, art. 23, *Nouv. Coût. Gén.*, Bourdot de Richebourg, IV, 842.

5. 29 déc. 1446, Arch. Charente, E 89.

6. *Infra*, cap. IX.

pomaria et vineas intra muros servarent, saepius in censivas tradita [1].

Urbes quidem praecipuae erant Engolisma, comitatûs caput et in regno etiam una ex magnis [2], Roffiacum [3], Confluentia, de Rupe-Fucaldi, Compiniacum, Blanziacum, Vertolium. Pagi vero frequentissime habitati erant vici parochiarum Paizay-Naudouin, Villefagnan, Villegats, Montalambertum, Pioussay, Raix, Condac, Theil-Rabier, in castellania Roffiacensi; vicus parochiae Manot in Castellaniā Laubertiā, vici S. Mauricius et S. Mesme in castellaniā Confluentiā; vici Etagnac et Chyrac in castellaniā Chabannaeā; vici S. Clodoaldum et Chasseneuilh in castellaniā Rupe-Fucaldensi; vici de Monte-Berulphi, Marilhac et Yvrac, in castellaniā Monte-Berulphensi; vici Montiniacum et Pillac, des Essars et Bonnes, S. Quantin, S. Romain, Juignac in castellaniā Albaterrenā; vici Champnerium et de Asneriis in castellaniā Engolismensi. Castellaniae autem frequentissimae erant Roffiacensis, Engolismensis et Confluentia; incultissimae contra Merpisiensis Compiniacensis, Laubertia, Marthonia, Blanziacensis, Botavillaris et Villeboenia. — Profecto inter incolas urbium vel pagorum in Engolismensi tractu raro *servos* invenerimus, secus ac saepe comperimus in dominiis ducis Aurelianensis, verbi gratia, in comitatu

1. P. 1410[2] 45 et 41[1], 18 sept. 14[5]2 : Engolisma; — Compiniacum : P. 1404, n° 259; P. 1405[2] 538; 405; 407; 408; 416; 418; 413; — P. 1404[2] 264, etc.

2. « Les villes grandes de ce royaume.,. Poictiers, Angolesme, la Rochelle, Bourdeaux... » Bibl. nat., *Fr.* 4368, f° 1 r°.

3. Febr. 1464/5, P. 1410[1] 959 et 941; Bibl. nat., *Fr.* 23900. f° 113; 123; 161; 148; 168; 203; 132; 217; 234; 260.

Ibid. de sequentibus urbibus aut vicis parochiarum : e majori vectigalis summā major incolarum numerus conjici potest, quod vectigal supradictus codex profert, *Fr.* 23900.

Blesensi : de quibus engolismensibus servis, mentio fit in Chabannaeā, Confluentiā et Laubertiā castellaniis [1].

Dignitates municipales certe non erant, sine ullā pactione aut censurā, arbitrio incolarum urbanorum permissae [2]. Engolismae enim, senescalli legatus, id est locumtenens, aliique comitis ministri ad eligendos scabinos adhibebantur in consilium [3]. Comes quoque, sponte suā, commendabat eos qui coactoris tributorum [4], judicis municipalis [5], majorisve [6] munia petebant. Quare haud semel videre est ministros comitis Engolismae vel Compiniaci, ad primam urbis dignitatem provectos [7]. Ceterum Engolismae, ad instituendum majorem, tria nomina, tabellā datā, submittebantur senescallo, qui unum ex

1. Saichent tous que Nous, Jehan de Vendosme... prince de Chabenoys, sgr et baron de Confolent et Loubert confessons... tenir de... mgr. le conte d'Angoulmoys... nostre principaulté de Chabenoys et noz baronnies, Chasteaulx et Chastellenies desd. lieux de Confolent et Loubert,... avec tous... noz hommes et vassaulx, *hommes serfz* et autres... » 11 sept. 1476, A. Nat., P. 554², n° 329 *bis.* ; — *id.*, 26 aug. 1485, « Jacques de Vendosme.... advouhons tenir... de mgr le comte d'Angoulmoys... nostre princip. de Chabanoys et noz baronnyes... chastellenies... de Confolent et Loubert... avec tous... noz hommes et vassaulx *hommes serfz* et aultres justiciables... » *Ib.*, P. 554³, n° 370 *bis.*

2. 16 apr. 1507, Compiniaci, Marvaud, *Hist. de Cognac*, II, 378.

3. Annis 1499 et 1500, Arch. municip. Angoulême, BBI, f° 5 v°, 6 r° ; 17 r° ; 27 r°, etc.

4. 22 mart. 1498-9, Arch. Angoul. BB 1, f° 5 v°, 6 r° « tant comme maire que comme receveur » ; cf. *infra*, note 98.

5. 28 mart. 1488-9, Arch. municip. Angoulême, BB 1, f° 1 v°.

6. 30 mart. [1511], Arch. Angoul. BB 1, f° 286 ; 16 april. [1511], *ib.*, 307.

7. M. de Jarnac de Gardépée, *Bulletin Soc. Arch. Charente*, 1882, p. 217, a° 1501 : François Richier, receveur du domaine [pour le comte] est Compiniaci major ; de Engolismensibus majoribus, vide *Bullet. Soc. archéol. Charente*, 1868-9, pp. 543 et ss. Babinet de Rencogne.

istis, interdumque illud quam paucissimis designatum suffragiis, eligebat[1]. Postea major recenter electus legato, assessori, advocato coactorique comitis praestabat jusjurandum[2]. Attamen Rex, non comes, concedebat consiliariis-scabinis Engolismensibus uti in nobiles cooptarentur[3].

Omnium sane, quoscumque consideremus nobiles, viros ecclesiasticos, ignobiles, urbanos, in Engolismensi apanamento, nomina, ut satis constat, regia potestas cognoscebat, aut saltem eorumdem opes diligenter habebat perspectas : nempe facultates militarem et vectigalem[4]. Namque regis ministri excursores, sciente ac volente comite, per provinciam equitabant, de his percontaturi[5]. Quas percontationes cum regia potestas publicis persignaret in tabulis, ita homines comiti subjectos aeque ac comes, nisi forte melius, pernoscebat.

Unde manifestum est regem in apanamento, sive comites apanatos, sive comitum subditos consideres, ex omni parte apparere dominantem. Verbo quidem, procul abest a comitatu et comite ; re autem verā, propius.

1. A° 1482, Arch. Angoulême, AA 5, f° 18; a° 1498, *ib.*, AA, f° 21 v°; 3 apr. 1500-1, BB 1, f° 69 r°; 10 apr. 1512, *ib.*, f° 331 r°.
2. 20 mai. [1482], Arch. Angoul. AA 5, f° 17 r°; 1498 et 1499, *ib.*, BB 1, f° 8 v°-10 r°.
3. 1507, 19 jun., Arch. Angoulême, AA 5, f° 68.
4. *Fr.* 23900, f° 113; 123; 161; 148; 168; 203; 132; 217; 234; 260. Et *infra*, caput VIII.
5. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, liv. III, chap. V. V. infra *append.* n° G, a° 1451, [3].

CAPUT III

DE HOSPITIO COMITUM

In apanamento, quod a rege acceperat, tanquam princeps regio sanguine ortus, comes debebat, conspicuus, principis servare dignitatem. Quare *Hospitio* fruebatur multisque domûs ministris quibuscum vitam corporis, ante omnia, tuebatur et, si quando opus esset, mentis affectum sensumque religionis ; namque eis convivendo omne tempus aetatis suae ducebat.

§ I. — De ritu vescendi

Quoad vitam comitis corpoream, maxime erat momenti omne quod ad cibum pertinebat, ad « buccam » uti tum dicebatur, de victu quem nunc « mensam » appellaremus. Nempe rei frumentariae per commeatus providendum erat, ita ut opera daretur numero, qualitati ponderique panum [1]. Eo spectabant *panetarii officia* [2],

1. Bibl. nat., *Fr.* 14371 (formulaire), circiter medium xv saeculum : « Estat et nombre des officiers qui doivent estre à la Court du roy et en toute maison de prince du sanc royal... Ung panetier, pour servir et avoir regard au blé et pain, s'il est bon et souffisant et si le pain est raisonnable et de pois... », f° 353 r° ; — cf. H. Lemonnier, *De ministris cubiculi in Hospitio regis Caroli quinti*, 1887, 8°, p. 37.
2. *Ibid.* et Arch. nat., KK 239, n° 1462.

quibusdam nobilibus commissa, quorum numerus, ab anno 1463 ad 1514, semper auctior, per vices, e tribus ad quinque, dein ad octo crevit et usque sexdecim [1]; nec aliter plures fieri coeperunt adjutores panetariorum et cellarii [2].

Similiter ad mensam comitis eligenda erant vina, quae saepius oportebat adire ut degustarentur [3]; nec minus curanda erant pocula, urnulae, vitrea et quaelibet vasa auro et argento solida : quod omnino spectabat ad *officia pincernarum* vel *scancionariorum* [4]. Horum tamen numerus, plerumque quaternis proximus, nequaquam, ab anno 1455 ad 1514, crevit pariter ac numerus panetariorum [5]. Minori quidem pretio erat appetenda dignitas pincernarum, quorum cellarii, maximâ negotii parte, fungi satis valebant [6].

Escas vero comparare, scilicet carnem (agninam, bubulam, vitulinam, altilem vel ferinam) aut pisces (ut

1. Bibl. nat., *Fr.* 7853, f° 315 r°, 237 v°; *Append.* B, Hospitio praepositor. index; *Nouv. acqu.*, *Fr.* 3643, *coll. Bastard*, 900; 899; Arch. nat., P 514[1] 330; P 1403[1], n° 46; P 1410[1] 917[2], f° 9 v°; P 513[3] 229; Arch. nat., P 1410[1] 919.

2. *Append.* B, *cit.* a° 1463 et 1514, a° 1506-7, *Fr.* 21478, f° 36 r°.

3. *Fr.* 14371, f° 353 r° et v° : « ung eschançon pour avoir administracion et regard aux vins... les choisir et taster au goust... et doit visiter souvent lesd. vins ». Cf. P. 1410[2] 14[1], B, f° 2 v°; *Fr.* 26082, f° 6824 ; P. 1403[1] xxxix et xxxviij ; *Fr.* 26089, n° 385 ; *Fr.* 26088 n° 161 ; KK 239, f° 110[1] r°.

4. *Ibid.*

5. A[is] 1455-67, *Fr.* 7853, f° 315 r° ; 329 v° ; a° 1463, *append. cit.* B. — *Nouv. acq. Fr.* 3643, *coll. Bastard* 901 ; *Fr.* 7853, f° 237 v° ; a[is] 1467-1474; a° 1506, *Fr.* 21478, f° 35 r° ; 1512, 22 jul., P. 1410[1] 919 ; a° 1514.

6. *Fr.* 14371, f° 353 : « en lad. eschançonnerie doit avoir ung sommeillier ou deux ou plusieurs... deux aydes, deux porteurs... »; cf. documenta supra n. 9, dicta.

tructos, anguillas, cancros), quaerere ova, butyrum, lardum, uvae succum acerbae, petroselinum, brassicas, pisa fabasque et condimenta juscellorum, caseos, denique omnia ad ferculum accommodandum necessaria [1]; nimirum id omne pendebat e tertio obsonii ministerio magistris et, ut aiebant, scutiferis *coquinae* credito, qui omnibus imperabant coquis, scissoribus, juscellariis, cursoribus, suppellectilisque lavatoribus etc., quasi in agmen redactis [2]. Magistri tamen coquinae vulgo non pluresquam duo permanserant, quippe quorum munia minus nobilia quam pincernarum panetariorumque visa sint [3].

Denique necessariis mensam ornare pomis (ficibus, uvis, palmulis, malis cydoniis, aliisque fructibus, secundum anni tempora variatis), habere curam cerae, pro facibus requisitae, sebique, pro candelis necessarii, pertinebat proprie ad *pomarii* seu *fructuarii* officium; quod non erat provectum ad muneris nobilis dignitatem [4].

Quando coenandum erat, magister Hospitii, — ille inter tres aut quatuor Hospitii magistros [5], specialiter « buc-

1. *Fr.* 14371, f° 353 v°, « doivent fournir lesd. queux de tous et chascuns menuz, c'est assavoir de lard, burre, vinaigre, verjust, poys, fèves, sauge, persil, choulz, pouvrée et autres besoignes appartenans à lad. cuisine »; cf. H. Lemonnier, *op. laudato*, p. 40; Arch. nat., KK 239, jul. 1462 sqq.; quotidie singulae hospitii dapes ex isto codice, sex mensibus dinoscuntur. — V. *append.* H.

2. Annis 1455-67, *Fr.* 7853, f° 316 r°, 331 r°; 315 v°, 329 r°; annis 1467-1474, *Fr.* 7853, f° 337 v°; 1483, janu.-dec., K 530[5], n° 1, f° 1 v°; 29 jan. 1495/6, A 1410[1]-917[2], f° 9 r°; jan-dec. 1498, K 77, n° 7; 1 jan. 1501-2, 25 febr. 1502-3, *Fr.* 21478, f° 33 r°, v°; 35 r°; 1512, 22 jul., P. 1410[1], 919; 1514 jan.-dec. *Append.* B, etc. Adde documenta supradicta n. 9.

3. *Ibid.*

4. *Fr.* 14371, f° 354 r°; *Append.* H et KK 239 *passim*; anno 1463 et 1498, *Append.* B; a[is] 1506-7, *Fr*, 21478, f° 36 v° sqq. etc.

5. *Infra*, p. 47 et ss.

cae » praepositus, — imprimis a statore coenaculi [1], sciscitabatur an omnia in panariā, in cellā pincernarum, in coquinā, in pomario parata essent, posteaque cibos ministrari jubebat; quo temporis puncto, quisque suum debebat tenere locum [2] pagiique aderant praesentes [3]. Tum, quando comes apparebat, ad coenam iturus, appropinquans unus ex ejus ad scindenda praefectis obsonia scutiferis [4], in mensā panem carnesque componebat ut scinderet coram comite; jamque vinum a cellario post-

1. Anno 1514, quatuor « huissiers de salle » in Hospitio Comitis Engolismensis, *Fr.* 21478, f° 41 r°.

2. *Fr.* 14371, f° 355 r° et v°. — « Et quant vient à l'eure du dyner ou de souper, le m° d'ostel demande l'uissier de sale et, icellui venu, led. maistre d'ostel luy dit qu'il aille veoir, par tous les offices, s'il est prest et principalement en cusine; et icelluy huissier retourne devers led. maistre d'ostel, en disant; « il est prest en cusine ». Et, à l'eure, led. maistre d'ostel luy dit: « Allez faire le cry ». — Et, à l'eure s'en va led. huissier faire les criees.., et 1° appelle par trois foys « Sire Tel, premier panetier, Sire. » Et, à l'eure, le sommelier de la paneterie s'en va couvrir... — Et 2° appelle par troys autres fois : « Sire Tel, premier eschançon! » et, à l'eure, l'eschançon... doit porter la coppe... sur le dressoir et le sommeillier de lad. eschançonnerie doit apporter le vin. — 3° Quant led. maistre d'ostel va en cusine et led. huissier s'en va premier et crye par trois foys : Sire Tel, dressez! ». — Quartement, le fructier apporte les fruiz nécessaires à l'entrée de table et pour l'issue. — Et quant le [prince] vient pour aller à table, vient l'escuier tranchant et dresse sur table pain et les autres viandes pour trancher devant le... [prince] et chascun, selon son office, fait la créance de ce qu'il apporte. »

3. *Ibid.*; de pagiis; vide *infra*, p. 47, § III.

4. *Fr.* 14371, f° 355 r° et v°; de quibus scutiferis, a^is 1455-1467, *Fr.* 7853, f° 315 r° et 329 v°; 1463, v, *append.* B; — 1 febr. 1465-6, *N. acq. Fr.* 3643, *coll. Bastard*, 898; — a 1467 ad 1474, *Fr.* 7853, f° 237 v°; 29 januar. 1495-6, P. 1410[1] 917[2], f° 9 v°; 1498, *append.* B; 1 jan. 1501-2 et 25 febr. 1502-3, *Fr.* 21478, f° 33 r°; 1506, a jan. ad dec. *Fr.* 21478, f° 35 r°; 22 jul. 1512, P. 1410[1] 919; 1514, *append.* B.

quam fuerat allatum, pincerna, posito in instrumento dispositionis (gallice, dressoir) comitis poculo, exspectabat [1].

Cum autem a mensā surrexisset comes, epulis perfunctus, omnes qui convivium apposuerant ministri, in eodem coenaculo, capiebant cibum, quisque in sede sibi ordini dignitatum assignatā, praesidente Hospitii magistro [2].

Porro, singulis diebus, ubicumque fuerit comes, in castellis, sive Compiniaci, sive Engolismae, sive Castelli-novi aut alio loco, Hospitii quidem magister rationibus sumptuariis specialiter praepositus [3], sumptûs vescendi, causā impensae, scriptam indicem subscribebat; magister vero aerariae Camerae [4], sub custodiā contrascriptoris [5] publici, solvebat impensam. Itaque rationes quotidie scriptae diurnos efficiebant commentarios quorum unus, de dimidio anno 1462, nobis servatus est [6]. Cujus ope codicis, optime compertum habemus quantā curā, in comitis Hospitio, sicut in Hospitio regis, impensae pro

1. *Supra* p. 40, n. 2. — H. Lemonnier, *op. laudato*, p. 41.

2. *Fr.* 14371, f° 355 v°. « Quant le... prince a dyné, le... maistre d'ostel s'en va dyner en la sale, avecq tous ceux qui ont servy le... prince et sont assis selon leur ordre et degré. »

3. A Maio ad Augustum 1454, Laborde, *Ducs de Bourgogne, Preuves*, t. III, n° 6805; 24 apr. 1458, Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 165 *Baffart*, 4; 23 mart. 1461-2, P. 1404, II, n° ij^a vj; 10 jul. 1462, KK 239, f° 10 v°; etc. et 1512, 22 jul., P. 1410, I, 919. — *Append.* H et KK 239, f° 1 v° sqq : Guill. Gueret. — *Guidon général des Finances*, ed. 1644, pp. 414-416.

4. *Ibid.*

5. 22 jun. 1408, Bibl. nat., *P. Orig.* vol. 301, n° 21; — a° 1474, *Fr.* 7853, f° 238 r°; 19 mai. 1481, P. 516² 708; 3 jun. 1481, P. 1404², n° 241; 24 jun. 1481, P. 1410² 14 *bis*; 16 jul. 1481, P. 1406¹ 582, etc. — *Fr.* 14371, f° 355 r°.

6. Arch. nat., KK 239 et *append.* H.

victu inconsulte vel mendaciter factae, datā diligenter et minutissime operā, quam maxime vitarentur [1].

§ II. — De argentario munere; de cubiculo; de scutiferia.

Non solum Hospitio curandum erat ut comitem ejusque familiam et omnes domûs ministros aleret, sed etiam, praeter cibum, vestes tectumque eis praeberet, immo, de loco in locum, eos veheret iter facientes.

Etenim, quemadmodum apud regem [2], erat, quod laneas vestes et serica, aulaea, telas, pelles, bracas et calceos emeret, speciale ministerium, cui conjungebantur, saepe ingentia, pro argento aurove fabricato impendia [3]. Quae cura, cum incumberet *argentario* [4], propterea vocabatur *munus argentarium*.

Quod si quidem cura illuminandorum comitis castellorum ad fructuariam referebatur [5], ex officio gallice « fourrière » nuncupato erat ut carbone aut ligno calefierent diversae aedes et purgarentur [6]. Ceterum aedes

1. *Fr.* 14371, f° 355 r° : « contrerolleur... pour avoir regard sur chascun office, si on y despend ou peu ou trop. »

2. *Guidon général des finances, cit.* pp. 410-413.

3. British Museum, *add. Chart.* (*Rot. add.*) 7074; jul.-sept. 1452; Arch. nat., KK 1339, n° 31, jan. febr. 1453-4; de Laborde, *Ducs de Bourgogne, Preuves*, III, pp. 363, 369-370; — Bibl. nat., *Fr.* 8815, f° 55-63; 74 sqq.; a^is 1496-1497; Arch. nat., KK 240, a° 1514.

4. 30 januar. 1467-8 sqq., P. 1415, f° v; 19 mai. 1481, P. 516[2] 708; 2 nov. 1482, P. 1403[1] xlviij; a^is 1483, 1484, 1485, P. 1415[1], f° iij; a° 1484, K 530[5], n° 13 etc.

5. *Fr.* 14371, f° 354 r° : « en fructerie cire pour les torches et bougie de cif pour chandelles... »

6. *Ibid.* : « lesq. fourriers doivent pourveoir de boys, fagotz, paille et charbon, pour toute la maison... et... tenir les sales et chambres netes... ».

illae variis velabantur aulaeis [1], quae, secundum anni tempora, ad placendum vel commoranti vel iter facienti [2] principi, ex imperatis ab Hospitii magistro mutanda erant [3]; insuper decebat custodire quae jam non erant pendentia et ea diligenter explorare, quod opus attinebat ad artificem polymitarium, gallice « tapissier » [4].

Quinetiam comitis cultus, haud tamen secus atque ornandorum castellorum cura, peculiaribus obtingebat ministris; nempe munus custodiendi et inspiciendi cubilis, vestiarii et totius cubiculi, saltem per modum honoris, commissum erat *cambellanis*, ab re verā valletis camerae [5]. Cujus officii sane quaedam pars jurium olim in feudum conversa, adhuc eodem statu manebat; namque, anno 1445, Johannes Bertrand, eques, comitis cubiculi potiebatur, quando quidem in comitatu suo comes mortem obierat; idemque insuper servabat cingula vestesque longas equitum, a comite militiae addictorum [6]. Tali quidem ministro nimium confidere fuisset, sine dubio, irrita spes; ideoque numerus cambellanorum Cameraeque valletorum non desiit crescere eodem modo quo fortunae comitum Engolismensium honorumque gradus in regno crescebant. Itaque cum, anno 1466, duo tantum vel non

1. 11 nov. 1419, British Museum, *Add. Chart.* 2807; post 1451 annum, Arch. nat., P. 1403[1], n° 39, f° 26; 4 mart. 1474-5, P. 14033 38, f° 11 et ss.; a° 1482 *ib.*, f° 17 et ss.

2. Cf. H. Lemonnier, *op. cit.*, p. 48.

3. *Fr.* 14371, f° 354 v° : « le tapissier... doit tendre la tapisserie ainsi que lui est commandé par le maistre d'ostel... et doit tenir lad. tapisserie en bonne et seure garde et la visiter souvent et... tendre... ès sales. »

4. *Ibid.*; *Fr.* 7853, f° 317 r° et 331 v°, annis 1458 et 1467; *Fr.* 8815, f° 72 r°, a° 1497, etc.

5. H. Lemonnier, *op. cit.*, pp. 50 et 73.

Arch. nat., P. 513[3], 171.

multo plures essent cambellani [1], iidem, anno 1514, numerabantur etiam quindecim [2]. Hoc enim munus, inter dignitates maxime optatas habitum, nulli conferebatur nisi nobilissimis quibusque et, inter comitis ministros, amplissimis [3]. At munus Camerae valleti, contra, non adhuc aestimabatur nobile officium utpote, mandatum viris quorum unus quidem tonsor comitis [4], alter vestitor [5], alter vero a bracis [6] habebatur minister.

Hujus autem familiae magna quaedam pars comitem assectabatur, cum saepissime mutaret locum; quippe cum, sub comite Johanne Engolismensi, tricenis vel quadragenis equis, devecta familia commearet [7], non dubium est quin, sub comite Francisco, triplici vel, si minus, duplici saltem numero creverit.

Quo igitur adspectu, officio *scutiferiae* operae pretium fuit ut, perinde ac omnia fere Hospitii ministeria majoris momenti in futurum fieret. Verumtamen numerus trium in scutiferiā agentium armigerorum qui, jam, anno 1467,

1. Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 2751, n° 61488, p. 7; Arch. nat., P. 1405[1], n° 352[3].
2. *Fr.* 21478, f° 39.
3. Januar. 1446-7, *Fr.* 6211, f° 507; — 24 januar. 1465-6, Guillelmus de Rupe, Engolismensis senescallus, P. 1405[1] 352[3]; — 18 febr. 1478-9, Franciscus de Albā Terrā, miles, Engolismensis senescallus, P. 513[1] 9; 28 apr. 1481, id., P. 1404[2], n°s 221 et 282; 26 jul. 1482, Antonius Tremollius, P. 1403[1], n° 46; — 29 januar. 1495-6, Joannes Sangelasius; Joannes de Marolio; Helias Poliniacus; P. 1410[1] 917[2], f° 9 r°; 22 jul. 1512, P. 1410[1] 919; — a° 1514, Franciscus de Rupe-Fucaldi, miles; Guido de Marolio, Engolismensis senescallus; Franciscus Volurius Roffiacus etc., *Fr.* 21478, f° 39. — Cf. H. Lemonnier, *op. cit.*, p. 73.
4. *Append.* B.
5. *Id. ibid.*, et a° 1497, *Fr.* 8815, f° 70 v°.
6. *Append.* B.
7. KK 239, *passim* et *app.* H.

erant in promptu [1], non dehinc, anno 1514, major evaserat [2]. Ceteroquin usus famulitii, apud regem sicut apud comitem, nullis praefiniebatur terminis [3], nec magis palafrenariorum marescallorumque numerus necnon plaustrariorum et mulionum; adde quod hoc ministerium explebant servi a stabulo [4] cujus scutiferiae ex officio erat equos invisere, curare, inspicere quos habebant custodes, contrascribere quantum feni, paleae avenarumque absumeretur [5].

Quinetiam comitem equi sequebantur venantem cum vertagis et vulpinis canibus. Quod venandi munus, seu *venatoria* exercebat peculiaris venatorum falconariorumque [6] famulitium, quod paulatim majoris quoque momenti locum obtinuit.

Denique, si quando comes ejusve familia aut ab Hospitio servi valetudine minus bonā utebantur, medici, chirurgi et pharmacopolae, curationi comitis addicti, suppetebant, quam saepissime [7].

1. *Fr.* 7853, f° 315 etc.; British Museum, *add. Charters* (*Rotl. add.*) 7074.
2. *Append.* B.
3. *Fr.* 14371, f° 354 r°.
4. Cf. documenta supradicta, p. 38, n. 2.
5. *Fr.* 14371, f° 354 r° et v° : « avoir regard au foyer, paille et avoine et combien il s'en peut despenser par moys. »
6. *Fr.* 7853, f° 331 v° et 316 v°; a^is 1458 et 1467; a° 1463, *P. Orig.* vol. 68, *capsa Engolism.*, n° 13; a° 1497, *Fr.* 8815, f° 72 r°; a° 1506-7. *Fr.* 21478, f° 35 v°; 37 v°.
7. A^is 1458 et 1467, *Fr.* 7853, f° 315 v° et 330 r°; a° 1497, *Fr.* 8815, f° 69 v°, 71 r°; a° 1502, *Fr.* 21478, f° 33 v°; a° 1506-1507, *ib.*, f° 35, v°, 37 v°.

§ III. — De reliquis ministeriis.

Profecto, in comite, vita mentis religionisque cultus non minus quam vita corporis operae materiam dare poterant, cujus rei, si quando opus esset, bibliotheca fortasse haberetur documentum [1]. Attamen constat non tot ministros menti quod ad operam corpori impendendam, in usu, praesto fuisse, si quidem tres, anno 1467 [2], octo autem scribae ab epistolis, anno 1514 [3], satis erant ad maturandam pro comite consuetudinem litterarum. Insuper, unus magister scholae versabatur in erudiendis educandisque juvenibus principibus [4]. Accedit quod musici [5], pictores [6], scribae artificesque [7] imaginum et

1. Vide quae de comitis bibliotheca delibare curaverimus : *Université de Paris, Biblioth. de la Faculté des Lettres*, t. III, Paris, 1897, f° 39-92 : *Jean d'Orléans, comte d'Angoulême, d'après sa bibliothèque*, 1467.

2. Bibl. nat., *Fr.* 7853, f° 238 r°, 315 v°, 330 r°.

3. *Append.* B.

4. Eudes vel Oudart du Fouilloy, a° 1413, *Catal.* Joursanv. 832; 31 mart. 1413-4, British Museum, *Addit. Chart.* 61; 8 sept. 1414, *Addit. Chart.* 62; ante 30 sept. 1415, *Add. Chart.* 257; cf. de Laborde, 7 nov. 1413, *Preuves, Ducs de Bourgogne*, III, 6231; ab anno 1408 et forsan antea, idem, *Fr.* 6210; *Joursanv.* 334. — A° 1514 : à maistre François de Moullins, maistre d'escolle de mdsgr. 180 liv., *Fr.* 21478, f° 40 v° (*Append.* B.)

5. A° 1463 et Jaquet de Rouan, joueurs d'orgues et de herpes, *P. Orig.*, vol. 68, *capsa Engol.* n° 13; a° 1506-1507, Galien Gerbier, tabourin, *Fr.* 21478, f° 36 v°; a° 1514, Nicolle Cueil, organiste; Jean et Nicolle Baron, violeurs; Guill. de Bouville et Ragier Coche violeurs, *Fr.* 21478, f° 40 v°; a° 1514, *ib.*, f° 42, Gacien Gerbier, tabourin; Lancelot le Vasseur, rebec; Simon Guérin, fifre.

6. A° 1514, *Fr.* 21478, f° 41, Berthelemy Guet paintre, 80 liv.; Ant. de Just, ymagier 120 liv.; a° 1484, Jehan Baudichon, enlumineur; N. « paintre de Tours », K 530[5], n° 14.

7. A° 1497, Jehan Michel escripvain, *Fr.* 8815, f° 72 r°.

ornamentorum [1] Hospitio manebant addicti, itemque capellani [2] et ab eleemosynis sacerdotes [3].

Denique, inter solitos comitum ministros, erant etiam nobiles viri, dominae et puellae [4] quibus non aliter praefinita domûs munia obtingebant; his tamen partes dabantur ut, circa comitem assidue versantes, in primis, quasi coetu facto, ejus otia occuparent.

§ IV. — De hospitii magistro

Ut, in tantā ministrorum turbā, recto ordine, disciplina vigeret, Reges quidem, in regno suo et, regum instar, comites in engolismensi tractu, omnes famulos posuerant sub imperio magistri Hospitii domestico, cui jus erat in eos animadvertendi [5]. Si quid enim, in comitis domo, peccarent, coram Hospitii magistro rei erant sui delicti

1. A° 1497, *append.* B. Robinet Testart enlumineur... 35 liv. t. pour ses gaiges dudit an, *Fr.* 8815, f° 72 r°; a° 1506-1507 a Robinet Testard enlumineur, 35 liv., *Fr.* 21478, f° 36 v°; a° 1514, p. 46, n. 66.

2. A° 1463 et 1498, *Append.* B; a° 1497, *Fr.* 8815, f° 70 r° sqq.; a° 1506-7, *Fr.* 21478, f° 35 v°.

3. *Ibid.*

4. *Fr.* 8815, f° 69 v°, sqq.; a° 1497; a° 1498, *append.* B; a° 1503, *Fr.* 21478, f° 34 r°; a° 1506-1507, *ib.*, f° 35.

5. H. Lemonnier, *op. laudato*, pp. 34 sqq. et *Fr.* 14371, f° 353 r° : « le maistre d'ostel, comme chef de la maison du roy ou d'autre prince et par dessus tous les autres officiers a [à] faire servir en tous les offices... et à commander à ung chascun, selon son office, qu'il soit prest à tel heure... et a dominacion sur tous et chascun les officiers, gentilz hommes et autres de lad. maison, pour les punir, se aucune chose ilz forfezoient ung chascun selon son endroit et selon les faultes et cas par eulx faiz et commis, sans aucune contredicion ou faulte et ce dans lad. maison... [du prince]; et ne respondront point les dessus diz devant aucuns juges ne justiciers quelzconques, senon devant led. maistre d'ostel, excepté que fussent appelez par devant le... prince. »

nec alterius subjecti legibus, nisi forte comes, coram se ipso, in jurisdictionem vocaverit [1]. Nimirum, ad eximendos, ut verisimile est, de quādam parte juris onerum, Hospitii magistros, alius magister creatus est in Hospitio a libellis adjutor seu, ut aiebant, « maître des requêtes [2] », et aliunde munus contrascriptoris [3] institutum est. Qui cum sane singula quaeque officia, singulis quotquot mensibus, « par chacun mois », haberet inspicienda, scilicet utrum sumptus impensus nimio, an pauciore pretio peccaret [4], videre est eam adhibitam fuisse machinam ut in angustum deduceretur magistrorum Hospitii imperium, quod secùs ad libita fieri potuisset.

Ceteroquin impossibile nobis videtur cambellanos, in engolismensi comitatu, vere fuisse magistris Hospitii subjectos : siquidem eorum munera muneribus magistrorum superiora ducebantur [5].

Nihilominus pro certo habendum est, non obstantibus his exceptionibus, *magistros* omnibus praefuisse ministeriis Hospicii cujus, summa quasi in unum collecta, totam ad se vitam reducebant. Idcirco reipsā probatum fuit nomen quod acceperant : magistri quidem erant palatii; verumtamen curaverunt comites ne iidem « majores palatii » fierent.

1. H. Lemonnier, *op. laudato.*
2. 28 jun. 1505, P. 1404[1], n°s 188 et 189 ; 13 aug. et 29 sept. 1505, P. 1404[1], n° 192 ; 15 nov. 1505, P. 1403[2], n° cxvj *quater*, f° 13 v° ; 13 dec., cf. ib., cxvj *bis*, f° 2 v° ; a° 1506, P. 1404[1], 193 ; 198 ; 199 ; a° 1512, P. 1403[2], n° 84, f° 45 r° ; P. 514[2], n° 376 ; P. 516[1] 623 ; 634 ; P. 513[3], n° 159 ; a° 1514, R[1] 298, cote 1729[c] ; *Fr.* 21478, f° 40 r°.
3. *Supra*, p. 41, n. 5.
4. *Supra*, p. 42, n. 1.
5. *Infra*, § V.

§ V. — De ministris hospitii

Nunc videamus quibusnam viris comites modo praedicta domûs ministeria commiserint ? — Viri quidem *ecclesiastici*, extra capellam [1], non adeo partes in Hospitio tenere poterant nisi scholae cujusdam magistri vel praepositi scholis essent [2] vel scribae ab epistolis [3]. *Ignobilibus* etiam viris non licebat omnia munera sperare, sed haec tantum ut fierent argentarii, scribae, contrascriptores, magistri aerariae camerae, a libellis adjutores magistri [4] ; quibus muneribus exceptis, non videbantur in usu nisi ministeriorum plane inferiorum. Re autem verā, *nobilibus* servabantur pleraque Hospitii munera. Sane, praetermissis quibusdam consiliariis vel cambellanis insignibus, pauci occurrebant milites [5], unus tamen, Aegidius Paussard, anno 1491, inter Hos-

1. *Supra*, p. 47, n. 2-3.
2. *Supra*, p. 46, n. 4 ; cf. 20 august. 1499, Arch. nat., X[1a] 4840, f° 413 r°.
3. *Supra*, p. 46, n. 2 et 3 ; Guill. Chardon, *prestre* et secrétaire, annis 1458 et 1467, *Fr.* 7853, f° 315 v° et 330 r°.
4. *Supra*, *passim*.
5. 14 janv. 1394-5 et ss. Guill. le Boutiller conseiller et chambellain de... mgr le duc d'Orliens, conte d'Engolesme son cappitaine seneschal et gouverneur etc. P. 514[1] 233 ; 29 apr. 1395, P. 1402[2], n° 239 ; 29 oct. 1396 ; P. 516[2] 718 ; 1 jul. 1402, B. Nat., *Nouv. acq.* fr. 3640, *Coll. Bastard* 416 etc. — 28 apr. 1481 et ss., messire Françoys d'Aubeterre, chevalier, conseiller et chambellan du comte d'Angoulmois, P. 1404[2], n° 282 et 221 ; 24 mai. 1484. id., P. 1403[2] ciij etc. ; v. *append. C.* — Cambellani : 21 august, 1500, Jehan Aulbin chevalier, sgr de Surgieres ; Geoffroy du Puy du Fou, chevalier sgr. d'Amailloux, P. 1410[1] 917, f° 5 v° ; a° 1514, Arthus Gouffier, Fr. de la Rochefoucaut, Helye de Poulignac, Jean de Longuy, René Chenel, *append. B.*

pitii magistros miles praesto fuit [1]. Plerumque hi nobiles erant tantum equites [2]. Quos comes eligebat inter gentes apanamenti Engolismensis nobilitate insignes : v. g. gentem Arciacam [3], gentem Argentiam [4], gentem Albaterrenam [5], gentem Burdelhiam [6], gentem Montalambertam [7], gentem de Monte-Berulphi [8], gentem Montandream [9], gentem de Mortuo-Mari [10], gentem Poliniacam [11], gentem de Podio Rigaldi [12], gentem

1. 4 jul. 1491, sgr de Mursay, P. 513 [3], 197.

2. Vide, hac de re, Hospitii Engolismensis computa : 1452, jul.-sept. British Museum, Add. Chart. (Rot. add.) 7074 ; 1453-4, januar. et febr. KK 1339, n° 31 ; annis 1455, 1458, sqq. ad 1468, *Fr.* 7853, f° 315 sqq. ; 1463 n. st. a januar. ad jul., *append B* ; a° 1497, *Fr.* 8815, f° 68 sqq. ; a° 1498, *append. B* ; a° 1502, *Fr.* 21478, f° 33 r° sqq. ; a° 1503, *ib.*, 33 v° ; a° 1506-1507, *ib.*, f° 35 r° ; a° 1514, *ib.*, f° 39 r°, *ib.*, sqq., et *append. B* ; a° 1517, *ib.*, f° 49 r° sqq. ; *passim*.

3. Jacobus panetarius, a° 1467 ; ex suprascriptis, n° 2 documentis.

4. Joannes, panetarius a° 1467, *ib.*

5. Michael, panetarius, a° 1512-1514, *ib.*

6. Franciscus, scancionarius, a° 1467, *ib.*

7. Bertrandus panetarius, a° 1467, *ib.*

8. Joannes, scutifer ad scindendum 1496, Arch. nat., P. 1410 [1] 917 [2] f° 9 v° et 28 r° ; Franciscus consiliarius et cambellanus, 1514, supra n° 2.

9. Ægidius de Rupe, consiliarius 1447, P. 1404 [1] 167 *bis* ; 1 mart. 1451-2, British Museum, *add. chart.* 4071 ; 2 jul. 1459, consiliarius et cambellanus, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, 13, *liasse Fléac* ; etc.

10. Philippus, 1455, pagius ; Ægidiolus 1463 et 1465, pagius ; 1483 et 1496, in scutiferia armiger ; ex suprascriptis n. 2 documentis.

11. Helias, Joannes, Petrus, a 1474 ad 1514, scutiferi ad scindendum, in scutiferia armigeri, Hospitii magistri, cambellani ; *ib.*

12. Joannes, 1463, scutifer ad scindendum, *ib.* ; 1468, panetarius, *ib.* ; Hospitii magister, 17 jun. 1477, P. 515 [1] 462 ; 25 mart. 1478 [post Pasch.]. P. 513 [1] 8 ; 24 jun. 1481, P. 1410 [2], 14 *bis*.

Rupellacuriam [1], gentem Voluriam Roffiacam [2], et, in primis, gentem Maroliam [3], gentem Rupem Fucaldensem [4], necnon octo Sangelasii [5]. Interdum tamen eos assumebant vicinis honesto loco natis v. g. e. gentibus Foliā [6] et Tremolliā [7]; vel inter famulos ducis Aurelianensis, ita les Prunelé [8], les Refuge [9] et Hugonem de Saint-Mars [10]; pariterque Comitissae Engolismensis inter domesticos [11].

At fere nunquam cooptabantur viri gradibus Universitatis praediti, nisi ex ignobilibus ad Hospitium adhi-

1. Joannes, 1514, Cambellanus, ex suprascriptis n. 2, p. 50 documentis.

2. Franciscus, 1514, consiliarius et cambellanus, *ib.*

3. Ægidius, scancionarius, a° 1467 *ib.*; Joannes, 1482, panetarius, *ib.*; cambellanus, 1496-1514, *ib.*; Franciscus, a 30 sept. 1514, cambellanus, *ib.*

4. Ne de Ægidio, senescallo Engolism. 1460, seu de Joanne, 1468-70, gubernatore Engolism. hic nunc loquar, Antonius a° 1514 supererat panetarius, Franciscus quidem eodem tempore consiliarius et cambellanus; *ib.*

5. A 1463 ad 1514, *ib.*: Alix, Baldus, Jacobus, Joannes, Leo, Merlinus, Petrus, Tranchant.

6. Yvo 1473 et s. curator comitis *supra* p. 22, n. 3.

7. Antonius, 1463 scutifer ad scindendum; 1466 panetarius; 1467, 1468, in scutiferia armiger; 1482, 1496, cambellanus; 1496, 1498 magister Hospitii (ex suprascriptis n. 2, p. 50 documentis).

8. Guillelmus, a° 1448, comitis Engolismensis pagius, Bibl. nat., *P. Orig.* vol. 2158, 8, n° 580, 2; a^is 1455 et 1463, panetarius, ex suprascriptis n. 2, p. 50 documentis.

9. Ægidiolus, 1502 et 1503, panetarius; 1506, *id.*; 1512 scutifer ad scindendum; — Reginaldus, 1496, in scutiferia armiger; *id.* 1498; 1503 et 1514, *ibid.*

10. 1447, n. st., 22 jan. Bibl. nat. *Fr.* 6211, 207.

11. Georgius Victor, 1455, comitis Engolism. pagius; 1463, comitissae ad scindendum scutifer; 1467, comitis scancionarius; 1474, in scutiferia, pro eodem, armiger; ex suprascriptis n. 2, p. 50 documentis; — a° 1498, magister Georgius du Cimetière, computorum Engolismensium magister, pro tutrici comitissa, K 77, n° 7, etc.

bitis [1] ; qualis fuit Johannes Calveau, magister a libellis adjutor, in jure licentiatus [2].

Nonnunquam sane videas eadem officia, ex occasione, vicissim aut eodem tempore, in manibus virorum ejusdem gentis occurrentia : sic in gentibus Faucon alter alterius armigeri e coquinā locum occupabat [3]; item Arthur et Guillelmus Gouffier erant uterque simul, anno 1514, consiliarii et cambellani [4] quandoque, pridie kalendas octobris (30a die septembris), anno 1514, mortuus est Joannes Marolius, eques, filius ejus Franciscus, pro patre, vices excepit in officio cambellani [5]. Sed multo saepius videre erat, sin minus in eodem ministerio, at certe vicinis muneribus praeditos, sive eodem anno simul, sive interjectis aliquot annis, ejusdem gentis viros : ita gens Albaterrena, gens Chauvet, gens Claramontia, gens Montagut, gens Montiniaca, gens Paussart, gens Prunelé, gens Podiensis-Folia, gens Refuge, gens Rupes-Fucaldensis, gens Sangelasia, gens Xandrieux [6].

Quin etiam, sinebant comites ut conjungerentur, in eodem capite, cambellani consiliariique officia [7], et aliunde ministerium scribae cum aerariae camerae

1. Imo contra multum ab Hospitii more publici comitis ministri, de gradibus quidem, discrepant ; vide *infra*, caput IV.

2. 1505, 28 jun., P. 1404 [1], n° 188; 13 august. et 29 sept., P. 1404 [1] n° 192 ; 1506, 16 et 17 april ; — P. 1404 [1] n°s 193 et 198, etc.

3. Joannes, a° 1455 ; Guillelmus vero a^{is} 1458 sqq. ; in gente Caux, Joannes et Jacobus a^{is} 1498, 1507, 1514 insimul; ex suprascriptis n. 2, p. 50 documentis.

4. *Fr.* 21478, f° 39.

5. *Ibid.*

6. Ex suprascriptis n. 5, p. 49, p. 50, n. 2 documentis.

7. *Supra*, p. 49, n. 5 ; 18 febr. 1478-9, P. 513 [1] 9, etc.

magistri ministerio aut contrascriptoris [1]; semel quoque et per modum exceptionis, magisterium Hospitii, apud ducissam Engolismensem, anno 1519, cum Hospitii magisterio apud Regem conjunctum fuit, cujus licentiae causa, e recenti ad regnum Francisci adventu, satis liquet [2].

Insuper, si consideres etiam leviter quo pretio fuerit *stipendium* eorum ordinarium, facile huic de jure concessioni veniam dabis. Decernebatur stipendium scribae : de 24 ad 35, 50, 60, 100, 200, 350 libras ; magistro coquinae de 24 ad 30, 50, 100 libras ; scutifero ad scindendum de 33 ad 48, 180 libras ; scancionario de 33 ad 48, 180 libras ; armigero in Scutiferia de 50 ad 81, 100, 133, 150, 240, 300, 360 libras ; magistro Hospitii : de 70 ad 100, 240, 300 libras ; tandem cambellano de 240 ad 300, 400 libras [3]. Varium igitur erat stipendium, non solum ex officio, sed etiam pro personis officium occupantibus, juxta eorum aetatem, prudentiam, dotes, et originem. Denique varia quoque evaserunt ex opibus comitum Engolismensium quae, ab anno 1445 ad annum 1515, multum crevere. Sic quoque stipendium videretur parvi pretii, si oblitus fueris ministros, talem pecuniam accipientes, praeterea, alimentis [4], Hospitio [5] et saltem

1. 5 febr. 1486-7, P. 1404², n° 288; 20 dec. 1487, P. 1405¹, n° 296 ; 29 januar. 1495-6, P. 1410¹ 917², f° 9 v° ; 28 octob., 28 nov. et jun. 1497, *Fr.* 8815, f° 11 r°, 8 r°, 21 r° ; 24 mart. 1496-7, *ib.*, 12 v° ; *Fr.* 21478, f° 34 v° — Laborde, *Ducs de Bourgogne, Preuves*, t. III, n° 6805 ; a mai. ad august. 1454.
2. P. 1404², n° 204.
3. Vide *passim* suprascripta n. 2, p. 50 documenta.
4. KK 239, *passim.*, a julio ad dec. 1462; et *supra*, p. 41, n. 2.
5. KK 239, f° 40 v° ; f° 22 v°.

ex parte, vestibus [1], a comitibus fuisse donatos ; constat enim trabeas penulasque nonnullis certo ordine fuisse praebitas [2]. Immo, praeterquam quod *incrementa stipendio* addebantur, quidam inter ministros, v. g. servi a stabulo, nonnihil, ex impensis suo ministerio sumptibus, lucri faciebant [3]. Denique praepositi, circa comitem versantes, ab illo saepe, mercedis loco, dona recipiebant, quippe quibus, cum speciali modo negotia committerentur, pars quaedam obtingeret pecuniae iis impensae, sumptibus quos « viatica taxationesque » comites vocabant [4]. Quare iis, haud secus ac plerisque aulae regiae ministris, stipendium ordinarium, prae stipendio super solitum concesso, videri poterat parvi pretii [5].

Itaque licet extrema hujusmodi praesto essent commoda, non ab Hospitio ministri profecto servandi quam diutissime ejusdem ministerii dabant exemplum ; mansit tamen Helias Poliniacus annos paucissimos duodeviginti cambellanus [6], et Guillelmus Bredin, argentarius, sexdecim annos [7] ; similiter magisterium Hospitii ter uerunt Joannes Stampensis [8] Joannesque Montinia-

1. *Fr.* 26089, nos 215 et 385; *Fr.* 26090, no 403 ; 409, § 12; 410; *P. Orig.* 2161; 11, 723 ; *N. acq. fr.* 3643 (Coll. Bastard 866); British Museum, *Add. Charters*, 2646; *P. Orig.* vol. 124, *Aubeville*, no 2; — ais 1484 et 1485, K 530 5, nos 11 et 13.

2. *Ibid.*

3. *Fr.* 14371, fo 354 ro.

4. *Fr.* 8815, fo 6 sqq. ; *infra* caput IX.

5. Vide thesim nostram galliae scriptam, lib. V, cap. II et lib. II *passim*.

6. 29 januar. 1495-6, Arch. nat., P. 1410[1] 917[2], fo 9 ro ; 1514, a 1 januar. ad 31 dec., Bibl. nat., *Fr.* 21478, fo 39.

7. A prima julii die 1480, ad 29 januar. 1495-6 seu hac die diutius, P. 1415 fo., v ; P. 1410[1] 917[2], fo 9 vo.

8. 7 dec. 1445, Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 195, no 4243, p. 2; 3 febr. 1456-7, P. 1403[2], n. cxvij.

cus[1] duodecim annos et undecim Colas Fonyal Herbaldus[2]; decem annos Alexander de Pimont ad scindendum fuit scutifer [3], Denariorumque magister Camerae Sebastianus de Moreau [4] ; novem annos Guillelmus Gueret [5] posteaque Ogier Penel [6] fuerunt Magistri ab Hospitio ; octo annos Joannes Marchant Denariorum Camerae magister [7] ; Petrusque Gazet septem annos mansit Argentarius, qui, fungens suo munere, vitā quoque defunctus est [8].

Nihilominus optimum cuique non videbatur nec placitum erat in eodem manere officio, sed potius, uti tunc dicebatur, « se proferre », adeo ut nobilibus Hospitii viris quodam modo pateret « cursus honorum ». Prima quidem ministeria, obviam eis versantia, erant haec : pagii scilicet, armigeri coquinae postea scissoris armigeri, pincernae vel panetarii. Deinde ascendebant ad honores Armigeri in Scutiferiā, Denariorum Camerae magistri, argentarii, magistri ab Hospitio et cambellani [9].

1. Dominus de Preveranges, 1484-1496 aut diutius, K 530[5], n° 13 ; P. 1410[1] 917[2].
2. 1503-1514 aut diutius, *Fr.* 21478, f° 33 v° ; P. 1410[2] 15, f° 1 v°.
3. 1496-1506 aut diutius, P. 1410[1] 917[2], f° 9 v° ; *Fr.* 21478, f° 35 r°.
4. 1504-1514 aut diutius, P. 1415[1], f° vij, v°.
5. 1458-1467, *Fr.* 7853, f° 315 r° et 329 r°.
6. 1503-1512, *Fr.* 21478, f° 33 v°, P. 1410[1], n° 919.
7. 1458-1466, Bibl. nat., *P. Origin.*, vol. 165, *capsā Baffart*, n° 4 ; Bibl. nat., *Nouv. Acq. fr.* 3643, *Coll. Bastard*, 901.
8. 1496-1502, P. 1415, f° v ; *Fr.* 21478, f° 33 r°.
9. Vide, ex suprascriptis p. 50, n. 2 documentis quae, spectant ad : Joannes Bremond, Franciscus Chauvet, Joannes de Jussac, Joannes et Guido de Marolio, Robertus de la Martonnye, tres Joannes Montiniaci, Helias et Joannes Poliniaci, Joannes de Podio Rigaldi, Ægidiolus de Refuge, Jacobus Sangelasius, Gilbertus de la Souche, Antonius Tremollius, Georgius Victor.

Simili vero ratione, plerisque licebat in domum comitissae ad breve tempus ingredi vel principum, comitis liberorum, qui fruebantur ipsi, non longe secus ac comes, servitiis suis et familiā [1]. Immo domus eorum a domo comitis distabat, nisi gradu tantum, haudquaquam. Pariter quoque, Hospitium comitis non dissimile se habebat cum regis Hospitio. Omnes enim regni principes in hoc inter se similem gerebant speciem quod, in vitā privatā domûsque ministeriis, regem imitabantur. Sic, in Hospitio, id tantum studebant ut, regis instar, non vero secus, agerent; quapropter, cum crescerent eorum opes, curabant novos redditus ita impendendos ut, a regio victu, non tantum abessent. Ita Ludovicus duodecimus confitebatur, anno 1512, praepositos Hospitio comitis Engolismensis ministros partem temporis maximam apud regem consumere [2] : adeo illis impossibile videbatur aulam regiam non intueri in exemplum ! Immo etiam, anno 1522, Ludovica Sabauda impetravit a Rege ut, quod apud convictores engolismenses a regiis convictoribus postremo dissonum erat, omnino aboleretur [3].

Igitur auctoritas regia cum, in constituendo apanamento, jam multum valeret, nec minus in viris apanatis,

1. KK 239 *passim* ; *Append. B.* ; *P. Orig.* 68, *Engolism.* n. 13; *Fr.* 7853, f° 315 r°, 317 r°; *P. Orig.*, *capsā Chauvet*, n. 16 ; P. 1403[1], n° 33; *Fr.* 26090, n° 562; 523 ; 403, *Fr.* 26084, n° 7095, etc.

2. 22 jul. 1512, « le duc de Valloys [idem qui comes Engolismensis] et sesd. gentilzhommes et serviteurs sont tousjours, asserit Ludovicus XII rex, ordinairement en nostre court et alentour de Nous » ; P. 1410[1] 919.

3. *Actes François I.* I, 1660 ; 24 sept. 1522 ; cf. *ib.* 2602, de Gianensi comitatu.

subditorum conditioni praepositis, nonnihil, in usu familiari quotidianoque famulitio comitis, habuit momenti.

Quippe, in apanati comitis Hospitio, semper aliquis latet, cui nullum datur stipendium, at cujus ita praesto est consuetudo largiendi ut multum ad solvenda omnibus stipendia adjuvet. Qui, sane in occulto, ritibus quasi in exemplum inchoatis, ministerium rei triticariae, pincernarum, scutiferiae et caetera officia moderatur. Etenim de illo quisque cogitat, tenendo locum, suo muneri attributum; illius habet ipse comes in mente propositum exemplar, cum vescitur, cum equitat, venatur, recumbit.

Nempe vir ille, Francorum Rex est.

CAPUT IV

DE PUBLICIS DIGNITATIBUS

Si quidem comes Engolismensis, ut administraret Hospitium, turbam domesticorum ministrorum, regis instar, habere volebat, multo magis necessarium censebat, apanamenti gubernandi causā, publicorum sibi parare ministrorum frequentiam : illorum enim domesticorum erat comiti ministrare hîc praesertim ubi praesens habitabat, horum vero illic potissimum unde aberat. Quod ut fieret, comes, nonne ex usitato, in Engolismensi tractu, more exemploque regis, in regno, inibi et alibi, capturus erat consilium?

§ I. — De praepositis universae regioni.

In primis, opus erat comiti praepositis qui toti dominarentur apanamento, quantum late patebat. Nempe praepositi generales, e mediā regione, sicut ex alto loco, qua longissime conspectum ferebant ; non tamen necesse est hanc mediam regionem ponas in Engolismensi castello, quod erat provinciae caput, sed castella quoque de Compiniaco, Botavilla, Castro-nōvo, vel aliud quodcumque in animum inducere libet ; si quidem erat, re verā, locus ubi habitabat comes et eo tempore quo illic morabatur. Ne igitur « centrum » illud immotum animo fin-

gas, ut castellum, sed potius mutabile, ritu personae viventis.

Scilicet apud Regem, ducem Aurelianensem [1], comitem Andegavensem, ducem Cenomanensem [2] ducemque Borbonium [3] et apud multos optimates, primus omnium ministrorum erat *cancellarius*; sed non erat, in Engolismensi apanamento, cancellarii officium [4].

Immo, nullus habebatur gubernator nisi raro et per modum exceptionis; ita, cum dux Aurelianensis Ludovicus, accepto Engolismensi comitatu, sibi proposuit ut procul administraretur, eum Guillelmo Buticulario commisit gubernandum [5]; item, cum dux Carolus habuit, pro fratre suo pupillo, regendum tractum Engolismensem, gubernatores quoque videtur destinavisse [6]; denique, cum Ludovicus undecimus providendam comitis Caroli, filii Joannis, curavit tutelam, haud secus creavit gubernatores, primo Joannem Rupem-Fucaldensem [7], dein

1. Quos ducis Aurelianensis cancellarios ab anno 1407 usque ad 1498 inter annotanda posuimus: 23 nov. 1407, *Berry*, apud Godefroy, 1653, p. 416; 13 januar. 1407-8, Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 494, n° 11108, n° 78; 16 januar. 1407-8, *Fr.*, 6212, n° 240, etc., 3 april. 1497-8, Arch. nat., KK 897, f° 256 r°.

2. Beautemps-Beaupré, *Coût. et Institut. de l'Anjou et du Maine*, II, 214-229.

3. La Mure (J. M. de), *Hist. des ducs de Bourbon et des comtes de Forez*, Paris, 1868, III, 261-262. A^{is} 1456-8, Arch. nat., KK 282, f° 42 v°.

4. In ducatu tantum Engolismensi instituendus erat cancellarius: 19 dec. 1517, P. 520^{1}, n° 1608; 27 sept. 1519, P. 520^{1} 1612; 3 febr. 1528-9, P. 514^{2} 402, etc.

5. Forsan a 18 nov. 1394 aut ante hanc diem, P. 1404^{2}, n° 238 *bis*; 23 febr. 1394-5, *Fr.*, 6210, n° 304; 29 apr. 1395, P. 1402^{2}, n° 239; 29 octob. 1396, P. 516^{2} 718, etc.

6. Arch. Angoulême, *Mém.* B, f° 83; Babinet de Rencogne, *Bullet. Soc. archéol. Charente*, 1868-9, p. 660.

7. 20 januar 1467-8, Arch. Charente, fonds S. Ausone, 13° fas-

Yvonem Folium [1]. Quorum ope, Rex comitissam tutricem regebat simul pupillum comitem et ipsum exinde comitatum. Nullus vero fuit gubernator dum Franciscus primus pupillus esset, nec magis postea, donec Ludovica Sabauda, ducissa engolismensis agri facta, voluit sibi gubernatorem conducere, haud secus ac magni feudorum possessores, in maximis regni provinciis; quam ob rem destinavit Johannem de Rupe, Rupellacurium [2].

Sed, ex consuetudine temporis, comites, more solito, satis ducebant habere *Senescallum* qui, primus post eos, sic eminebat dignitate; namque seculis tercio decimo et quarto decimo, sub imperio regum vel comitum, erat jam, in engolismensi tractu, senescallus [3], qui, non nisi ad breve tempus, cum Santonum senêscallo unus et idem habitus erat [4]. Ergo, cum dux Aurelianensissenescallum servavisset [5], servavit quoque Comes Engolismensis hujuscemodi dignitatem, quam occupaverunt, quinto decimo seculo, pariter ac decedente quarto

ciculo, *Bessé*; 26 jun. 1468, P. 1404[1], n° 137 [c], f° 1-4; a° 1469, Bibl. nat., *Lat.* 18395, p. 38. 26 febr. 1469-70, fonds S. Ausone, *ib.*, *Fléac*; 5 et 6 nov. 1471, *ib.*, *Balzac*, etc.

1. Febr. 1472-3, P. 1404[1] *137* B, f° 2 r° et 5 v°; 10 et 14 jul. 1473, P. 513[2] 74; 15 sept. 1473, Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 165, *capsa Baffart*, 12, etc.

2. 6 dec. 1517, Arch. nat., P. 517[2] 855; a° 1524, R[1] 295, n° 40; nota 1672, f° 10; 14 et 15 jun. 1531, P. 1410[1] 913, f° 20 v°.

3. 1217, sept., P. 1405[2], n° 303; a° 1228, P. 1405[1], n° 305; 1258-9, febr., P. 1404[1] 148 et Arch. de Cognac fonds Bouyer, n° 48; a° 1259-60, P. 1405[1] 351; dec. 1290, P. 1404[2], n° 252; a° 1333-4, P. 1404[2], n° 252; 13 sept. 1345, P. 1404[2], n° 252.

4. 19 august. 1364, P. 513[3] 182; P. 515[1] 450; nov. 1367, P. 1404[2], n° 251, etc.

5. 1385-1402, Guillelmus Buticularius, PP. 117, p. 1028; *Catal. Joursanvault*, 2547; P. 1404[2], n°s 238 *bis* et 239; *Fr.*, 6210, n° 304.

decimo [1], primae gentes engolismensis agri : nempe tali functus est munere Vitus de Rupe, Montandreus [2] necnon Baldus Sangelasius, Franciscus de Albaterrā, Vitusque de Marolio [3]. — De cetero, senescalli dignitas satis vulgata in agro engolismensi habebatur usu etiam apud comitis vassallos, v. g. in castellaniis de Rupe-Fucaldi [4], Monte-Maurelli [5], Monte-Berulphi [6], Marthonio [7] et apud ipsum Engolismensem episcopum [8]. Etenim omnibus dominis quibusque castellanis jus erat, in engolismensi tractu, habendi senescalli [9]. Itaque fuerat, quarto decimo seculo, quidam senescallus de Botavillā [10] et alter senescallus de Compiniaco [11]. Quae tamen castellaniae, cum fuerint, in posterum, pars engolismensis comitatûs, non jam proprium habuerunt senescallum. Nihilominus erat comiti unus Jarnaci senescallus [12] alterque Castrinovi [13], in his duobus castellaniis quae, si pro-

1. 18 mart. 1390, n. st. Guillelmus de Marolio, P. 1405[1], n° 379; 16 oct. 1390, Jacobus de Monte-Berulphi, P. 515[1], n° 501, etc.
2. Vide *append.* C, II.
3. 29 jun. 1468, P. 1404[1] 137.
4. 10 dec. 1482, P. 1405[1], n° 352 *bis*; a° 1483, *ibid.*
5. Ante mensem jun. 1512, P. 1403[2], n° 82, f° 5 v°.
6. 22 jun. 1474, Arch. Charente E 45; 9 apr. post Pasch. 1505, P. 1403[1] lxxij.
7. 1471, abbé Mondon, *Bullet. Soc. Arch. Charente*, 1895, p. 269; 7 mart. 1476-7, Arch. Charente, E 75.
8. 25 mai. 1478, Arch. Charente, *Episcopatus*, G, *Baronnie de la Peine*; a° 1513, *ibid.*
9. Engolismens. consuet. apud Bourdot de Richebourg, *Nouv. Coût. génér.*, IV, 840, art. 4.
10. A° 1326, P. 1410[2], 6[9], f° 4 r°.
11. Nov. 1369, Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 72, p. 9.
12. Medio xv saeculo, P. 1406[2] 637[14]; 18 mart. 1459-60, Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 85, *Archiac*, 15; 4 sept. 1492, P. 1406[1], n° 614.
13. 4 febr. 1467-8, Arch. Charente, *fonds de S° Ausonio*, 13° fasciculo, *S. Estephe*; 14 apr. 1486, post Pasch. P. 1404[1], n° 167;

prie loquaris, ante annum 1515, in comitatu apanato non continebantur. Pariter comes sibi legabat senescallum in quibusdam dominiis non engolismensibus, ita vicecomitatu de Alneto [1], in Bellovario ad Mare [2], in Chiseyco [3], in S^to^ Maxentio [4].

Atqui Senescallus Engolismensis personam comitis sustinebat in toto apanamento : legatus, suā vice, senescalli tenebat locum inde *locumtenens* nuncupabatur; assessor legati vicem praestabat. Sane in engolismensi tractu [5], sicut in reliquo regno, gravissima pars negotii reipsā in caput legati recidebat, qui vere fungebatur officio senescalli, immo etiam, annis 1430 et sequentibus, forsan vacante loco senescalli, sic inscribebatur : « locum tenens in officio senescalli comitatûs engolismensis », idque titulum prae se ferebat [6]. Senescallus quidem imprimis destinatus erat ad ostentationem, specie nominis claro genere ducti, subjectis faciendam ; legatus vero non verecundiam nisi scientiā et agendi stretuinate imponebat; quā tamen de causā Joannes Negrier [7], Dyonisius des Planches, Nicolaus Aton, Johannes Laidet,

19 januar. 1491-2, X^1a^ 4833, f° 116 v°, 20 et 21 jun. 1510, Z^2^ 16, f° 97 v° et 100 v°.

1. 4 januar. 1510-1, P. 518^2^ 1072; 26 januar. 1513-4, P. 517^2^ 853, etc.

2. 8 jun. 1470, X^1a^ 1485, f° 68 v°.

3. 17 nov. 1489, P. 520^1^ 1550; 8 august. 1496, P. 1410^2^ 16; 12 nov. 1498, P. 520^1^ 1576.

4. P. 1408^1^ 11^1^, ^2^, ^3^, etc.

5. *Vide* thesim nostram gallice, scriptam, *passim*, praesertim vero, libro III.

6. 7 dec. 1430, Arch. Angoulême B, f° 83; 13 dec. 1431, P. 1410^1^ 961^2^, f° 6 v°; 7 mai. 1436, P. 1404^1^ 178; 18 april. 1439 post Pasch. P. 515^1^ 495.

7. Vide *appendicem* C, III.

Petrus Loubat, Joannes Roty, Franciscus Corlieu, Guillelmus de Cumont tantam, in hoc officio, sibi comparaverunt auctoritatem ut quidam inter eos memoriam reliquerint in tota regione mansuram.

Assessor autem, cui non minor scientia quam legato, non minores agendi virtutes erant necessariae, eo majoris erat momenti quo superiorum vicarius habebatur nullique inferiori vicem ejus praestare licebat. Attamen assessores Helias Geraud, Junianus posteaque Joannes Simon, Andreas de Bar, Guillelmus de Cumont et Symon Songareau non eamdem ac legati famam adepti sunt; ex quibus Guillelmus de Cumont assessoris munere solus forsan uti valuit ut ascendens ad legati officium perveniret.

Insuper, ad agendam verbo et opere comitis causam et legatum simul ac accessorem, sin minus senescallum, oblique speculandos, destinati fuerant *procurator* et *advocatus generales*. Primus quidem, in engolismensi tractu, jam quarti decimi seculi, primo saltem triente, constabat [1]; alter vero secundā ejusdem saeculi parte, tertioque saltem triente [2]. At certe disjuncta erant haec officia, duobusque [3], praeter quodam tempus quo Joannes de Lomellet junxit utrumque, commissa ministris. Immo, singulatim procuratoris munus, anno 1497, dedit acerrimi materiam certaminis inter Franciscum Rouault antea et Arn. Calveau posthac tituli possessorem [4]. Porro oportebat ut procurator esset « doctrina erudi-

1. A° 1333, P. 1404², n° 252.
2. A° 1376, superioribusve temporibus, K 499, n° 4, septimā quidem membranulā.
3. Vide *appendicem*, C, V et VI.
4. 17 jan. 1496-7, X¹ᵃ 8324, f° 65, etc.

tus, peritus agendi, Universitatis etiam gradibus insignis et maturus aetate [1] ». Quippe, ut satisfaceret officio, procuratori opus erat tantā scientiā majore autem studii diligentiā quam advocato, siquidem secus ac advocatus, non facile procurator vicariis et ut aiebant, substitutis carere non poterat [2].

Nec minorem animi intentionem quam procuratoris requirebat *arcarii seu pecuniae publicae curatoris* officium. Cum enim, anno 1376, Carolus quintus animadvertisset unum coactorem tribus Senescalliis Rupellensi, Santonensi et Engolismensi non suppetere, propterea specialem comitatui Engolismensi creaverat aerarii curatorem [3]. Quod exactoris generalis officium, a fortiori, servaverat dux Aurelianensis [4]; nec aliter ejus posteri, comites Engolismenses egerunt. Scilicet inter hujus muneris possessores Robertus Baffart [5], Droyn Gallus, Helias du Tillet [6] plurimum ostendere valuerint ingenii. — Nullus autem erat, in apanamento engolismensi [7], « consiliarus generalis rei nummariae causā », quemadmodum in ducis Aurelianensis dominio [8]; quippe minis-

1. 17 janv. 1496-7.
2. A° 1445, P. 513[3], 196 v°; 1446 aut circiter, P. 1405[1], n° 352[3]; 1446-1453, P. 1403[2] cxxv, etc.
3. K 499, primā sane membranulā vā; april. 1379, P. 1405[1], n° 363; jun. 1379 et 1380, P. 1405[1] 352[9] A, etc.
4. Jun. 1399 et 1400, P. 1405[1], n° 352[9] A; 5 mart. 1400-1401, P. 1404[1] 180; paulo post 1407 nov. British Museum, *Egerton*, ms. 1639, f° 25 r°, etc.
5. Vide *appendicem* C, VII.
6. A januar. 1482-3, P. 1415, f° 2 v° sqq.; ad jun. 1500 vel diutius, P. 1403[2], n° cviij, etc.
7. « Conseiller général sur le fait des Finances. »
8. 10 mai. 1436, Bibl. nat., *Nouv. Acq. Fr.*, 3645, *coll. Bastard*, 1283; 28 nov. 1437, *Fr.* 6211, f° 137, etc.

trum hujusmodi tantum Ludovica Sabauda, in ducatu, creavit [1].

Fuerunt quoque, in ultimis annis Caroli comitis Engolismensis, rationum nummariarum ministri, compotorum gentes vulgo nuncupati, (scilicet praeses, magistri et auditores), qui mox, in comitatu, generalium praepositorum gessere personam [2]; immo quorum, extra comitatum, vis pertinuit usque ad omnia dominia a comitibus possessa [3]. — Denique erant, in engolismensi agro, ad Magnos Dies quaesitores et consiliarii quorum, in confesso, promulgabatur auctoritas [4].

§ II. — De praepositis cuidam loco.

Ne potiora totā provinciā caput vel diversa comitis domicilia haberentur, utque « gubernantibus » liceret propius contingere « gubernatos », praepositi generales egebant ministris qui, ad locum, eos adjuvarent. Itaque, in omnibus castellaniis, quas comes per se et, veluti tunc aiebant, « in manu sua » tenebat, oportebat ut illico haberet vicarios, qui permanerent ibidem. Has vero castellanias sic enumerabis : primo Engolismam, Compiniacum, Merpisium, Botavillam iisque subjectas [5]; deinde partas a comitibus Castrum-Novum, Burgum ad Carantonum fluvium et de Monte-Berulphi [6]; postremo castellaniam Jarnacum quam, in commune cum dominis

1. P. 1410², nº 4 *bis*, etc.
2. *Infra*, cap. IX.
3. *Ibid.*
4. *Ibid.*
5. P. 1415, fº x, xij, xvij, xj, xiij, etc.
6. *Ibid.*, fº xv, xviij vº, xix.

de Chabot possessam, domanio suo adjungere comites omni ope atque operā nitebantur [1].

At certe, in his castellaniis, praeterquam quod, quinto decimo seculo, praesertim in bailliviis et senescalliis regii dominii, institutum fuerat [2], nullus erat ad locum senescalli legatus : quippe satis erant judex praepositus aut judex ad modum praepositi, interdum castellanus vel judex vicecastellani. Immo etiam, castellaniae Compiniacensis cum Merpisiacensi, Botavillaris cum Castro-Novo jungebantur. Scilicet ita se res habebant : praesto erat in castellaniis Botavillā [3], Jarnaco [4], Burgo ad Carantonum fluvium [5] praepositus; in castellaniā Castro-Novo [6] judex, interdum ad modum praepositi cognominatus; in castellaniis Engolismā [7], Compiniaco [8], Merpisio praepo-

1. 18 mart. 1459-60, Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 85, *Archiac*, n° 15; P. 1406[1] 614, etc.; *vide* quae de hac re olim delibare studuiremus in : *Positions des Thèses*, *École nationale des Chartes*, 1888, p. 39, cap. VIII.

2. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, lib. II, cap. 3.

3. A° 1217, P. 1405[2], n° 303; 1448, 29 octob., P. 1404[1], n° 149; 15 octob. 1477, P. 1404[1] 138, f° 2 r° et 139 A; 30 octob. 1482, P. 1401[1], n° 143 A, f° 5 r°.

4. 12 jul. 1353, P. 1406[1] 620; 1 mart. 1357-8, P. 1406[1] 633; 7 januar. 1358, P. 1406[1] 632; [1455], P. 1406[2] 637[9]; 3 oct. 1507, P. 1406[2] 636[19].

5. 6 sept. 1519, P. 1404[2], n° 246.

6. Augusto 1226, P. 1405[2], n° 303; 30 mart. 1447, n. st., P. 1404[1] 167 *bis*; 18 januar. 1481-2, P. 1410[2] 6[9], f° 6 r°, etc.

7. Sept. 1217, P. 1405[2], n° 303; 1226 august. *ib.*; 1228, P. 1405[1], n° 305; a° 1342, P. 513[3] 181; 7 apr. 1470, P. 513[3], n° 187; 14 febr. 1492-3, P. 1403[1], n° lij; 5 apr. 1499, arch. Angoulême BB 1, f° 27 r°.

8. Dec. 1290, P. 1404[2], n° 252; 13 sept. 1345, *ib.*, 135[2], P. 515[1] 479; 2 dec. 1412, P. 1404[2] 259; 1 mart. 1451-2, British Museum, *addit. Chart.*, 4071; 5 mai. 1460, P. 516[1] 603 *ter*, f° 1 r°; 28 januar. 1468-9, P. 515[2], n° 524; 12 jun. 1473, P. 1404[2], n° 287; 17 jun. 1477, P. 515[1], n° 462.

situs quoque judex; castellanus aut judex in castellaniā Pudriaco, adjunctā castellaniae Botavillae [1] et in castellaniā Jarnaco [2]. De cetero, comites habebant praepositos etiam in multis aliunde dominiis, scilicet Sparnaco [3], Millianaco [4], S^to^-Maxentio [5]; pariterque eorum vassalli in aliis velut Rupe-Fucaldi [6], Blanziaco [7], etc. Insuper, in Engolismensi tractu, domino castellano facultas erat habendi, infra senescallum, judicis ad modum praepositi [8].

Sed, prope hos judices, non erant, in castellaniis *comitis advocati*, extraque Engolismensem tractum non habebant comites advocatum fiscalem, nisi in baroniā de Chiseyco [9] et dominio de Sparnaco [10]. Nec aliter, in senescalliis bailliviisque dominii regii, ullus erat utique fiscalis advocatus, pro quācumque magistratuum sede [11].

Comites contra, in praecipuis apanamenti castellaniis, necessarium duxerant instituere *procuratores ad locum*, qui vicarios procuratori generali se praeberent; ita enim, in bailliviis senescalliisque regis, procuratores ut vicarii generalis in Parlamento procuratoris habebantur et, in quācumque bailliviae et senescalliae sede, procuratores pariter saepius ducebantur procuratoris

1. 1523, 24 jul., P. 1410², 4 *bis*.
2. Dec. 1324, P 516² 717; [circa 1455], P. 1406² 637⁹; 28 apr. 1478, X^1a^ 1488, f° 66 v°; 7 sept. 1492, P. 1406¹ 614.
3. 1 januar. 1417, n. st., Bibl. nat., *P. Orig.* 117, *Aubelin*, 3.
4. August. 1469, P. 1409² 856, f° 1 v° et 4.
5. P. 1408¹ 11²; 8 august. 1493, X^1a^ 1500, f° 291 v°.
6. 17 jul. 1456, P. 1405², decimā post 456, chartā.
7. 1409, 27 april. P. 1404¹, n° 143^A^; 16 nov.-22 dec. 1487, X^1a^ 1495, f° 4; — Vertolii judex quidem erat Z² 16, f° 71 v°.
8. *Nouv. Coût. génér.*, apud Bourdot de Richebourg, IV, p. 840, art. 4.
9. 10 dec. 1509, P. 520¹ 1595.
10. 2 jun. 1467, Bibl. nat., *Champagne*, vol. XV, f° 68 r°.
11. *Vide* thesim nostram, gallice scriptam, lib. II, p. 158 et ss.

bailliviae vicarii [1]. Nimirum, in Engolismensi tractu, isti ad locum procuratores locati fuerant in castellaniis Engolismā [2], Botavillā, Castro-Novo [3], Compiniaco-Merpisio [4], Burgo ad Carantonum fluvium [5], unusque, saltem anno 1498, in loco Pudriaco inveniebatur [6]. In castellaniā autem Jarnaco, ubi comes simul ac Chabot dominabatur, uterque suum habebat [7]. Item domino de Rupe-Fucaldi, principi comitis vassallo, erat suus generalis procurator [8], immo etiam procuratores ad loca Montiniacum [9] et Marthonium [10], sin minus alia. Insuper habebant suos quoque ad loca procuratores comites engolismenses in suis sane non engolismensibus dominiis, Metulo [11] scilicet et Romorantino [12], Sparnacoque [13] atque Chiseyco [14].

1. *Vide* thesim nostram, pp. 150 et 160.
2. Circa 1510, Arch. Cognac, *Computa*, t. I, f° 104.
3. 5 mai. 1460, P. 516[1] 603 *ter*, f° 1 r°; 22 jun. 1463, P. 514[2], n° 403 v°, etc.
4. 7 jun. 1419, P. 1404[2], n° 253; 31 mai. 1457, P. 515[1] 498; 4 august. 1470, P. 514[1] 310, etc.
5. 27 febr. 1472-3, P. 1404[1] 137[B].
6. 7 nov. 1498, P. 1410[2] 22[3]; 15 nov. 1498, P. 1410[2] 22 *bis*, f° 2 r°.
7. 18 mart. 1460, n. st., Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 85, *Archiac*, n° 15; 7 sept. 1492, P. 1406[1] 614; jun. 1497, *Fr.* 8815, f° 44 v°.
8. 1467, 32 sept. P. 515[1] 478[A] f° 1 r°; 5 sept. 1481, P. 1405[1], 352[9], E, f°, 1 r°.
9. 25 apr. 1483, P. 1405[1] 352[8] D, f° 3 r°.
10. Circa 1454, P. 1405[1] n° 352[3], f° 20 r°; 25 apr. 1483, P. 1405[1] 352[8] D.
11. 25 febr. 1507-8, P. 567[2], n° 3187; 10 octob. 1519, P. 520[1], n° 1612.
12. 15 mart. 1450-1, *Fr.* 26080, n° 6329; 4 mai. 1456, P. 1406[1] 611; 28 mai. 1457, *Fr.* 26084, n° 7073; 18 et 23 august. 1469, P. 1409[1] 856, f° 5 r°; et P. 1409[2] 857.
13. 2 jun. 1467, Bibl. nat., *Champagne*, vol. XV, f° 68 r°; 23 jan. 1489-90, X[1a] 1497, f° 68 v°; 6 jul. 1500, X[1a] 4841.
14. 17 nov. 1489, P. 520[1], 1550; 7 nov. 1491, P. 1410[2] 23, etc.

Denique nonnullis in castellis, unde nomen duxerat castellania, erant centuriones (gallice capitaines) quorum officium non videtur ad duas castellanias pertinuisse. Etenim cuique castellaniarum Engolismae [1], Botavillae [2], Castrinovi [3], Compiniaci [4], Merpisii [5] suus erat centurio; immo etiam, in castellaniā Botavillā, urbi Segonzaciaco erat suus [6]. Insuper urbes Jarnacum [7] et Marthonium [8] habebant quaeque suum; item Sparnacum [9], Romorantinum [10], insula quoque Ogia [11], quae comitum engolismensium erant dominia.

Nec attingimus quidem scribas, servientes, sigillique custodes cuique castellaniae addictos [12], neque clericos

1. 14 sept. 1467, Bibl, nat., *P. Orig.*, vol. 68, n° 14; 17 januar. et 7 mart. 1496-7, X^{1a} 8324, f° 62 v°, 63 r°; 151; a° 1514, Arch. Angoul. AA 5, f° 40 r°.

2. Circa 1410-2, P. 515^{1} 603 *ter*; 9 dec. 1463, P. de Lacroix, *le chat. de Bouteville*; *Bull. Soc. Arch. Charente*, 1875, p. 127 et s.; 19 mai. 1481, P. 516^{2} 708.

3. Ante 1445, P. 1406^{1} 627, n° 18; ante 1456, P. 1406^{2} 636^{39} B; 31 mai. 1458, P. 514^{2} 399; 14 apr. 1486 post. Pasch., P. 1404^{1}, n° 167, etc.

4. 12 apr. 1409 post Pasch et 1427, Bibl. nat. *Fr. n. acq.* 3653, f° 221, n° 1266; a° 1449, P. de Lacroix, *B. Soc. Arch. Charente*, 1875, *les Gouverneurs de Cognac*, pp. 213-214; 28 januar. 1468-9, P. 515^{2} 524.

5. A 1 jul. 1402 ad 8 jan. 1409-10, Bibl. nat. *Nouv. acq. fr.* 3640, coll. Bastard, 416; 12 jul. 1438, British Museum, *Addit. Chart.* 12003; ante 1445, P. 1406^{1} 601^{15}; 25 jun. 1484, P. 1404^{1}, n° 157.

6. Ante 1445, P. 1405^{2}, 563^{1} et 563^{2}.

7. 29 sept. 1353, P. 1406^{1} 619; 9 januar. 1356-7, P. 1406^{1}, n° 634, etc.; circa 1436, P. 1406^{2} 636, 39^{B}; 7 sept. 1492, P. 1406^{1} 614.

8. 15 jul. 1456, P. 1406^{2} 636, 39 ^{c}.

9. 2 jun. 1467, Bibl. nat., *Champagne*, XV, f° 68 r°; a° 1497, *Fr.* 8815, f° 14 v°.

10. 14 nov. 1420, *Fr.* 6212, n° 95; a° 1493, P. 1409^{2} 860.

11. 3 octob. 1452, *Fr. n. acq.* 3600, n° 20.

12. Exempli gratiā, P. 1404^{1}, n° 142^{B}, f° 2 r°; P. 1406^{2}, n° 636, 32.

scripturariosque, circa officium quodque versantes [1].

Sed de his hactenus; nam comites engolismenses, non melius regibus, vitaverant nimiam ministeriorum frequentiam, quibus impeditur, quinto decimo seculo, regnum. Quamvis duae simul interdum jungerentur castellaniae locumtenentesque et advocati fiscales ad locum saepius deficerent, non inde contigit ut apanamentum, latitudine satis angustum, vel potius castellaniae apanamenti, per ipsum comitem detentae, pariter ac regale dominium et forsan amplius fuissent impeditae a frequentibus ministris. Quorum tamen numerus minor fuisse videtur quam ministrorum Hospitii.

§ III. — Extra comitis dominia

Non erant comiti tantum in possessionibus suis praepositi generales et ad locum, namque, extra dominia a comite possessa, alii quoque constituebantur praepositi qui, ob annuam pecuniam sibi praestitam, comiti industriam suam, saltem ex parte, impendebant; scilicet erant Parisiis procuratores in Parlamento [2]; Pictavii quoque unus procurator [3], et alter Petrocoriis [4], immo, ex occasione quidem, Carnutibus procurator [5]; quo pacto, curandae res comitis illico urgeri poterant. Procuratores enim hujusmodi, jam inde quartodecimo decedente

1. P. 1410[2] 37, f° xxvij v°.
2. 26 jun. 1464, P. 1404[1] cxlij[A], f° 4 *bis*; 15 sept. 1482, P. 1406[1] 576; 13 mart. 1486-7, P. 1406[2] 636[31]; 17 jul. 1487, P. 1406[2] 636[33]; 16 januar., P. 1410[2], 18[B], f° 4 v°.
3. [circa 1482], P. 1406[1] 601[17].
4. Dec. 1493, Bibl. nat., *Fr.* 8815, f° 6 v°.
5. A° 1497, *Fr.* 8815, f° 26, v°.

seculo, ducibus aderant Aurelianensibus [1]; qui ordinarios etiam, quintodecimo seculo, habebant advocatos [2]. Itaque, in regalibus judiciis, comites eodem modo curabant ut suis commodis illico consuleretur, per ministros qui, secus ac multi alias, nec numero plures quam satis, neque utilitate, inferiores erant.

§ IV. — De electione, creatione, jurejurando, stipendio, publicorum ministrorum, ministeriorumque stabilitate

A. — Profecto non sufficit compertum habere locum ubi publici essent ministri nec animo fingere quis esset eorum numerus et quae simul utilitas ; insuper quaerendum nobis est quomodo electi instituerentur et quis « cursus honorum » eis pateret.

Ecclesia quidem raro publicos Comitibus praebebat ministros; exceptis enim quodam coactore Compiniaci [3] et quodam generali engolismensis agri coactore [4], clerici vel sacerdotes ad nullum, nisi custodum sigilli officium [5],

1. Bibl. nat., *Coll. Moreau*, *Chartes et diplômes*, vol. 248, p. 181 v° etc.

2. 19 apr. 1398, post Pasch., *Fr.* 6212, n° 476; 26 august. 1422, *Fr.* 6211, n° 335 ; 20 dec. 1459, *Fr.* 6212, n° 136; 30 nov. 1477, Bibl. nat., *N. acq. fr.* 3643, *Coll. Bastard*, n° 934.

3. 1379 et 1384, P. 1405[1] 363 et P. 1404[2], n° 249; qui vero coactor tunc regius erat; circa tamen 1427, Jarnaci, idemque Compiniaci 1439 coactor, presbyter fuisse videtur : P 1405[2] 563, f° 30 v° ; 37 v° ; 29 r° ; 35 r° ; 34 r°.

4. 3 nov. 1445, P. 515[1], 490 et 491 ; 2 dec. 1445, P. 516[2] 670.

5. *Engolismae* : 16 jun. 1457, P. 513[3], n° 152; 31 jul. 1470, P. 514[1] 276 ; etc. *Castri Novi* : 15 jun. 1481, P. 514[2] 428; 10 jul. 1484, P. 1404[1] 154 ; *Compiniaci* : 15 jul. 1445, P. 1404[2], n° 251 ; 28 mart. 1461-2, P. 1406[2] 636[8]; 3 jun. 1481, P. 1404[2], n° 241 ; 27 mai. 1495, P. 1404[2], n° 279 ; etc.

poterant obrepere, quemadmodum in Hospitio obrepebant ad scribae ministerium; tabelliones vero in curiā laicā fieri nequibant [1].

Nobiles ipsi, extra Hospitium, pauca ministeria inveniebant ad suum arbitrium, quippe quibus officia senescalli [2], centurionis [3] (gallice capitaine), vel etiam subcenturionis placere viderentur; at ipsi Senescalli non semper erant ex militibus [4]. — *Gradibus* contra *praediti viri*, apud comitem, sicut apud Regem [5], undique pullulabant; inprimis in jure licentiati [6]. Non sane multi

1. Art. 38. *Consuetudinis Engolism.*, *loc.* et *op. cit.*, p. 843 : « gens d'eglise ne religieux ne sont receuz à estre notaires de court laye... »

2. 1395 sqq., Guillelmus Buticularius, *miles*, P. 514[1] 233; P. 1404[2] 239; 29 octob. 1396, P. 516[2] 718; 12 august. 1410, sqq. Guillelmus Bataille, *miles*, K 1144, n° 3; P. 1404[2], n° 253, etc.; 1 mart. 1451-2, Vitus de Rupe, *miles*, Montandreus, British Museum, *Addit. Chart.* 4071; 19 mai. 1455, *Fr.* 26083, n° 6841; etc. 26 jul. 1465, Guill. de Rupe, *eques*, *Fr.* 26090, n° 409, n° 1; 22 febr. 1472-3, Baldus Sangelasius, *eques*, P. 1404[1] 137 B; 18 febr. 1478-9, Franciscus de Albaterrā *miles*, P. 513[1] 9; 21 apr. 1479, Arch. Charente, fonds S. Ausone, fasciculo 14; a° 1514 Vitus de Marolio, *eques*, *Fr.* 21478, f° 39 r°.

3. *Engolismae.* 1410, P. 1410[1], 961[16] *bis* : *eques*; 14 sept. 1467, *eques*, *P. Orig.* vol. 68, n° 14; 17 jan. 1496-7, *eques*, X[1a] 8324, f° 62 v°, 63 r°; 1514, *eques*, Arch. Angoulême, AA 5, f° 40 r°; Compiniaci : 1409 et 1427, *eques*. B. nat., *Nouv. acq. fr.* 3653, f° 221, n° 1266; P. 1405[2], 563-1, f° 30 v°, etc.

4. *Supra*, n. 2.

5. *Vide* thesim nostram, gallice scriptam, lib. V, cap. I.

6. Senescallus Alneti 4 januar. 1510-1 et ss. P. 518[2], 1072; 26 januar. 1513-4, P. 517[2], n° 853, etc. — Senescallus Castri-Novi, 4 febr. 1467-8, Arch. Charente, fonds S. Ausone, 13° fasciculo, S. Estephe; 22 jun. 1474, Arch. Charente, E. 45; Locumtenens senescalli : Engolismensis, 11 febr. 1465-6, P. 1405[1], n° 352 [3]; 21 august. 1486, P. 1405[1], n° 302; 1 mart. 1451-2, British Museum, *Addit. Chart.* 4071; 24 mart. 1451-2, Arch. Charente, *Cartul. S. Cybard*, GG, f° 57 r°; 77 v°, etc.; a° 1516, P. 1405[1], n° 340;

simplices baccalaureati [1], paucioresque adhibebantur doctores ; namque aerarii judiciorumque officia facile supplebantur, e veteribus Universitatum auditoribus, quorum annos enumerare fastidio non erat consumptos « Pictavi vel Tolosae studendo [2] ». Profecto non se obligabant comites ad *Engolismenses* viros tantum eligendos rejiciendosque Pictavienses [3] aut veteres ducum Aurelianensium ministros, pro certo tamen habebant suos populares, in variis provinciae muneribus, favore benigno esse accipiendos [4]; saepius autem contingebat ut quos viderant operis expertos, ministrando regi seu domino vassallo vel non vassallo, potius eligerent [5].

B. — Regia auctoritas sibi quidem vindicaverat praepositos extra ordinem *creare*, necnon gubernatorem cooptare muneribus tutoris vel curatoris fungentem [6].

17 jun. 1477, P. 515[1], n° 462; sic de plurimis assessoribus, procuratoribus, coactoribus, castellanis, advocatis, etc.

1. Judex Pudriaci ordinarius, 15 nov. 1498, P. 1410[2], n° 22 *bis*, f° 2 r°; judex-praepositus Burgi ad Carantonum fluvium, P. 1404[2], n° 246, 6 sept. 1519; — procurator Engolismensis, 11 febr. 1465-6, P. 1405[1] 352[3], etc.

2. « est gradué in utroque ; si a estudié cinq ans à Poictiers et deux ans à Tholose », X[1a] 8324, f° 66 v°, 17 januar, 1496-7.

3. P. 1406[2] 636 [30]; *supra* p. 51, n. 6 et 7 de Folio et Tremollio. — Robertus Baffart generalis coactor Engolismensis 1454-1483, Bibl. nat., *P. Orig.* 255, *Beauvilliers*, n° 29 ; P. 1415, f° 2; — Petrus Prunelé, generalis coactor Engolismensis, P. 1415, f° 3 r° ; Joannes Flament, 1448-1452, *id.*, Bibl. nat., *P. Orig.* 2158 ; 8 ; 580 ; n° 2. — British Museum, *Addit. Charters*, 12412, etc.

4. P. 1406[2] 636[30].

5. Joannes de Lomelet, domini de Rupe-Fucaldi procurator generalis electus fuit advocatus et procurator generalis Engolismensis, P. 1410[2], 14[8-9] A, a° 1481-2, 18 febr. ; *append.* C, V et VI.

6. P. 1403[2], cxvj *ter*, circa 1469-1470; P. 1404[1], 137 B, f° 2 r° et 5 v°, 22 et 27 febr. 1472-3 ; etc.

Praeterea Rex provisionis litteras praebebat canditatis comitis qui, de facto adjutoriorum aut vectigalium, eligebantur et gallice « élus sur le fait des aides ou des tailles [1] » nuncupabantur. — Omnium vero ceterorum ministrorum delectus, in engolismensi tractu, haud secus ac in aliis apanamentis [2], sine ullā exceptione, ad libitum Comitis relictus erat. Etenim Comes, majore studio quam duces Aurelianenses, curaverat ne jus illud reliquum faceret senescallo, qui tale quondam habuisse videtur [3], saltem de quibusdam aerarii militiaeque ministeriis. Quare Comes litteras provisionis componi jubebat iisdem plane verbis quibus se habebant « regales provisionis litterae [4] ». Ipse quoque destinabat quis novi

1. V. *append.* G, a° 1451.

2. 27 januar. 1493-4, de cuilibet apanamento, X^{1a} 133, f° 84 r°; Beautemps-Beaupré, *Coût et Institut. Anjou...* II, 28-29; de Aurelianensi et Valesio apanamentis, 28 jun. 1491, K 74, n° 26; de Alençonio, cf. K 77, n° 20, 19 apr. 1502.

3. P. 1406^{2}, 636^{39c}, etc.

4. P. 1410^{2}, 14^{8}; 14$^{9\ A-B-C}$. A° 1481-1482. [Nomination de procureur général] : Charles, conte d'Engoulesme sgr. d'Esparnay et de Romorantin. A tous ceulx qui ces présentes lettres liront, salut.

Savoir faisons que pour le bon rapport et féal tesmoignaige qui fait nous a esté de la personne de nostre cher et bien aimé maistre Jehan de Lousmelet, licencié ès droiz, confians et à plain informez de ses sens, science, prudommye, littérature et bonne diligence, pour ces causes et autres à ce nous mouvans, icelluy Me Jehan de Lousmelet avons fait créé ordonné et establi, faisons créons ordonnons et establissons nostre procureur general de messagier especial. seul et par le tout, en et de nostre conté d'Engoulesme et autres nos terres et sgies, et icelluy office luy avons donné et donnons, par cesd. présentes, pour icelluy tenir et exercer et d'icelluy joïr, aux gaiges pensions et bienffaiz que nous luy avons ordonné, et aux aultres droiz honneurs et chevauchées accoustumez et aud. office appartenant, tant qu'il nous plaira.

Si donnons en mandem^{t} par ces mesmes presentes a nostre seneschal d'Engoulesme, son lieutenant ou accesseur et à chascun

praepositi *jusjurandum* esset accepturus ac deinde senescallo, tenenti locum legato, assessori aut alii cuicumque mandabat ut munus collatum *traderet*. Postea ritus perscribebatur quomodo munus fuisset *initum*. Insuper coactores pariter ac regii coactores pignus suppeditandum habebant *ad cautelam* [1].

C. — *Stipendium* tamen ministrorum, apud Comitem, videtur minoris quam apud Regem fuisse pretii; procurator [2] enim et advocatus generalis sexaginta libras accipiebant : publicarum rationum magister centum [3]; senescallus ducentas [4]. Sed erant « stipendii incrementa »; quo tantum capite, praeses rationum publicarum, anno 1514, ducentas auferebat libras [5]. Insuper senescallo, centurionibusque, omissis aliis, praebebatur Hospitium [6]; immo forsan additae, velut apud ducem Aurelianensem, calefaciendi causā pensationes [7]. Itaque contingebat

d'eulx que led. de Lousmelet, duquel avons fait prandre le serment en nostre présence, par le sgr de Maumont, nostre maistre d'ostel, ilz mettent et instituent en possession et saisine dud. office et d'icelluy le facent joïr et, en icellui exerçant, obéir par ceulx qu'il appartiendra, car tel est nostre plaisir. En tesmoing de ce, nous avons fait mettre nostre scel à cesd. présentes. Donné à Coignac le... jour... fevrier 1481-2. P. 1410², 14⁹ᴬ; — Arch. Angoulême. AA 5, f° 31 r°; 11 januar. 1500-1501; cf. 12 jul. 1438, British Museum, *Addit. Chart.*, 12003; 1 jun. 1409. B. N., *P. Orig.* vol. 2095, n° 47760, p. 3; dec. 1444, *P. Orig.*, vol. 659. n. 15626, charte 12.

1. P. 1153, f° 212 r°; Cautions de receveurs... trouvées en une aumoyre de lad. chambre [Engolismensium computorum] etc.
2. 18 febr. 1481-2, P. 1410². 14⁹ C, etc.
3. A Januar ad dec. 1506, *Fr.* 21.478, f° 35 v°.
4. 20 mart. 1480 n. st. Bibl. nat., *P. Orig.* vol. 124, *Aubeterre* 12.
5. *Fr.* 21478, f° 40 r°.
6. A° 1462, KK 239, f° 22 v°, 40 v°, 44 v°.
7. 8 jul. 1462, *Fr.* 6212, n° 159, etc.

interdum ut stipendium extra ordinarium [1], pariter ac praepositorum Hospitii necnon variorum regis ministrorum, etiam ordinario stipendio praestaret.

D. — Hoc enim oblique ex eo colligi potest quod scimus varios ministros saepe juncta simul tenere officia [2], quae etiam longo tempore sibi servare juvabat. Quippe cum dux Aurelianensis, in ipso engolismensi tractu tale dedisset exemplum [3], consuetudo jungendi propria munia cum regalibus [4] vel municipalibus officiis [5] a comitibus tolerabatur.

E. — Scilicet ita manebat Franciscus Richer Compiniaci coactor triginta [6] annos et Joannes Negrier locumtenens engolismensis agri utique duodetriginta [7] et Joannes

1. Cf. 20 sept. 1510, Arch. Angoulême, BB 1, f° 242 v°, etc.

2. *Supra* p. 53, n. 1 et p. 63, n. 3; p. 67, n. 1; *idem*, a° 1483 sqq. coactor, qui argentarius necnon Denariorum Camerae magister, P. 1415[1], f° iij.; *idem* castellaniae Engolismensis coactor, a° 1500, qui Villaris Superbi, P. 1415, f° xj; *Fr.* 8815, f° 12 r°, et P. 1405[1], n° 313; Sparnaci vero, jun. 1467, vide B. nat., *Champagne*. vol. XV, f° 68 r°, etc.

3. 1 jul. 1402 sqq.; *idem* Engolismensis senescallus qui plurimorum castellorum centurio seu, ut loquimur, capitaine. *Fr. n. acq.*, 3640, *Coll. Bastard*, 416.

4. *Idem* Metuli senescallus qui pro rege in Pictaviensi senescallus qui pro rege in Pictaviensi senescallia advocatus, a° 1500, P. 520[2], 1654; *idem* Montis-Berulphi senescallus, a° 1505, consiliariusque comitissae Engolismensis qui regis consiliarius, judexque regius immunium in comitatu, P. 1403[1], lxxij; Arch. Angoul. AA 5, f° 41 r°; *idem* Castri-Novi pro comite Senescallus qui regis consiliarius, a° 1468, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, 13° fasciculo, *S. Estephe*.

5. Compiniaci, a[is] 1491-2 et 1501, cf. *Bulletin Soc. Charente*, 1882, p. 217, M. de Jarnac de Gardepée; Engolismae, 1514, Arch. Angoulême AA 5, f° 40 r°.

6. 1448-1518, P. 1415, f° xij.

7. 1419-1447, P. 1404[2], n° 253; P. 1404[1], 167 *bis*.

Thibaud eodem tempore coactor Burgi ad Carantonum fluv. [1]; Robertus Baffard, generalis engolismensis agri coactor, annos quinque et viginti [2]; item Guillelmus Bataille senescallus et Franciscus Corlieu locumtenens generalis [3]; Drouin Gallus aerarii curator forsan viginti tres annos [4]; itemque Junianus Motgon procurator generalis [5]; Bartholomeus Pelletier, Jarnaci coactor, annos ter septenos [6]. Facilius etiam refferrentur nomina ministrorum qui de 18, 17, 16, 15, 13, 12, 11, 10, 9, 8, ad septem annos manserunt, in suo ministerio. E quibus exemplis, sane compertum habebis officia comitis vere fuisse *stabilia*, indeque concludes apanamenti instituta, hāc de re iterum, cum institutis regni [7] congruere.

Nimirum comes, pariter etiam atque Rex cum iniret imperium [8], *litteras confirmantes* tradere debebat, sine quibus officium vacaret [9]. Item, regis instar, in litteris nominationis, hanc quidem clausulam curabat inscribendam : « Quoad nobis placebit [10] »; re vero ipsā, Comes non adeo ullum ex officio amovebat; immo etiam morbo vel infirmitatibus suorum parcebat ministrorum [11]. Itaque omnibus argumenti modis constare videtur cuique,

1. 1487-1515, P. 1415, f° 18, v°.
2. 1454-1483. Bibl. nat., *P. Orig.* 255, *Beauvilliers*, n° 29; *Fr.* 7853, f° 317, r° et 332 r°; P. 1415, f° 2. — Vide *appendicem* C.
3. 1486-1510, *app.* C ; P. 1404[1], n° 155 ; Z[2] 16, f° 97 v°, 100 v°, 112 sqq.
4. 1481-1504, *app.* C ; P. 1403[1] xlj ; P. 1415, f° 2 ; P. 1403[2] cviij, etc.
5. 1464-1487, *app.* C ; P. 1404[1], n° cxlij ; P. 513[1], 5 v°.
6. A 1487-8. ad 1509. P. 1415, f° xiv, v°.
7. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, lib. V, cap. I.
8. *Id. ibid.*
9. X[1a] 8324, f° 65 r°, X[1a] 4838, 17 januar. 1496-7, P. 1403[1] lxx, 19 nov. 1496 et lxxiij, 1 jan. 1495-6.
10. « Tant qu'il Nous plaira », 18 febr. 1481-2, P 1410[2], 14[9], C.
11. P. 1410[2], 14[8] [1482].

exceptis casibus mortis, cessionis aut praevaricationis [1], de suo servando ministerio persuasum esse. Immo, quod dictu mirum est, Comitis ministri adeo sibi conscii erant ministerii cum muneribus regis assimilati ut, inter eos, duo engolismenses centurio generalisque procurator, post defunctum comitem Carolum, suo munere defraudati, ab istā defraudatione provocaverunt ad Parlamentum, quo eos secuta est comitissa [2].

Liquet autem officium quodque eo melius ministro possidenti cibos suppeditavisse quod ejusdem gentis viri plerumque sibi invicem succedebant, in eodem ministerio : ita enim, ex gente Calveau, non fuit unus ab anno 1497 ad 1516, procurator generalis [3], nec unus rationum auditor, annis 1500 et 1520; e gente Richer, plures fuerunt castellaniae Compiniaci et Merpisii coactores [4], ab anno 1487 ad 1528; pariterque multi, e gente du Tillet, fuerunt generales engolismensis agri coactores [5]. Ne autem plura, nihil loquimur de gentibus Bar, Encheau, Gelée, Peletier, Rue, quarum sibi invicem viri successerunt, varia tenentes ministeria, in dominiis Sparnaco, Civrayo, Villā-Dei, Jarnaco, Farā in Tardeniā, quae omnia Engolismensis erant Comitis.

1. Quibus de tribus maxime modis deperdendorum regiorum officiorum, *vide* thesim nostram gallice scriptam, Liv. II, pp. 99-103.
2. X^{1a}, 8324, f° 62 sqq.
3. *Reginaldus*, 1497-1504, X^{1a} 8324, f° 65 ; P. 1410^{2}, n° 37^{3} ; — *Guillelmus*, 1510-1516, P. 516^{1} 601 ; P. 1405^{1}, n° 340 ; eodem quidem tempore *Joannes* Rationum seu Computorum evaserat auditor, 1500, *Andreasque*, a° 1520, magister, P. 1410^{1} 917, f° 5 v° ; P. 1403^{2} cxiij.
4. *Franciscus*, a 1488 ad 1518, P. 1415, f° xij ; *Helias* a 1519, ad 1528, *ib.*, etc.
5. *Helias*, a 1505 ad 30 jun. 1511, P. 1415, f° 3, r° ; *Seraphinus*, *ibid.*

De cetero, multae familiae, licet non eumdem continuantes magistratum, diversa tamen munia obtinebant plus minusve similia, quorum stipendium a Comite solvebatur : ita contigit gentibus Bar [1], Challant [2], Gallus [3], Lomelet [4], tribus viris ex gente Laisne [5], tribus ex gente Mercier [6], tribus ex gente Odeau [7] et gentibus Pontenier [8],

1. *Andreas*, procurator generalis, *append.* C, V *bis*, 5. Engolismensis assessor, *append.* C, IV, 4 ; — Sparnaci coactor, *Petrus*, 1497-1517; *Nicolaus*, filius ejusdem Petri, 1518-1528, P. 1415, f° 28 v°, 29 r°.

2. *Andreas*, Engolismensis comitatus vice-procurator, 1459-1461, Arch. Charente, H. Cartular. Beati Eparchii GG, charta 95, f° 72 r°; *ib.*, f° 103-104, v° ; — *Joannes*, 1520-1522, P. 1415, f° xvij, r°, Botavillae coactor.

3. *Draco*, coactor generalis, 1481-1504, P. 1403[1] xlj et P. 1415, f° 3, r°; — *Joannes*, 1514, Romorantini castellanus.

4. *Joannes*, advocatus necnon procurator generalis 1482-1501, *append.* C. V, 3; — *Carolus* ad Magnos Dies commissus, 1500. — *N.* 1514, Engolismensis castellanus, Arch. Angoulême, AA 5, f° 40, r°.

5. *Guillelmus*, judex ad modum praepositi, Botavillae, 15 oct. 1477, P. 1404[1] 138, f° 2 r°; 139 A; Guillelmus, judex Compiniaci et Merpisii 1460-1477, P. 516[1], 603 *ter*, f° 1, r° ; P. 1404[1] 138, f° 2, r° ; — *Jacobus*, judex Compiniaci, [1491-1499], Arch. Cognac, *Computa*, I; 12 mai. 1497,-*Fr.* 8815, f° 15, r° ; — *Joannes* Engolismae praepositus, 14 febr. 1492-3 et ss. P. 1403[1] lij ; 5 apr. 1499, Arch. Angoulême BB 1, f° 27, r°.

6. Omisso *Nicolao*, Compiniaci pro rege coactore 1379-1384, P. 1405[1] 363; P. 1404[2] 249 ; — *Ludovicus*, 1417, judex Compiniacensis praepositurae, P. 1409[3], 901[1 et 2] ; — *Aymes id.*, 10 nov. 1420. P. 1405[1] 368 ; — 1443-1460, *Aymon*, procurator generalis, *Append.* C, V *bis*, 1.

7. *Dionisius*, coactor castellaniarum Engolismae, 1462-1480, P. 1415, f° x ; Burgi ad Carantonum fluvium 1467-1478, *ib.*, f° 18, v° ; Compiniaci et Merpisii, 1481-1487, *ib.*, f° xij; Jarnaci, 1481-1487, *ib.*, xij et xiv, v° ; 1470-1479, coactor generalis Engolismensis, P. 1404[1] 138, f° 14 v° ; P. 513[1] 9. — *Joannes*, 1503, generalis contrascriptor atque scriba, *Fr.* 21478, f° 34, v° ; — *Carolus*, Computorum auditor atque magister, 1519, P. 1402[2], 203, etc.

8. *Joannes*, 1511-1522, Alneti senescallus, P. 518[2] 1072 : P. 517[2]

du Pré [1]. Etenim quilibet, postquam coeperat honoribus inservire, cupiditate poterat ardere ut se ab humillimis usque ad summos dignitatis gradus extolleret. Nempe, in publicis comitatûs muneribus sicut in Hospitii ministeriis, erat quasi *cursus honorum* non adeo quidem certis legibus compositus, cujus tamen conjecturam facere licet, saltem in aerarii officiis, e curriculo vitae Draconis Galli [2], Heliae Guillem [3], Heliae du Tillet [4]. Qui primum scribae coactoresve castellaniarum locales, postea generales fiebant coactores et, si quis faustissime proficeret,

853, etc.; 1519, Camerae Computorum Engolismensis magister, P. 1504², n° 203; — *Alexander*, advocatus comitatûs Engolism. 1520-1, P. 517¹ 817 : P. 518¹ 943.

1. *Nicolaus*, 1498-1504, Castellaniae Montis-Berulphi 1498-1504, P. 1415, f° xix; *Joannes*, Chiseyci coactor, 1507-1509; 1511-1523; *ib.*, f° xx r°.

2. *Scriba comitis*, 1467 et 1468, *Fr.* 7853, f° 238, r°; *Denariorum Camerae magister*, a 1 febr. 1469-70 ad 31 dec. 1482, P. 1415, f°, v; a 1483 ad 31 dec. 1504, *totius Comitatus generalis coactor*, vid. *append.* C, VII, 10.

3. A° 1441 *locum in castellania Compiniaca tenens generalis* totius comitatûs *coactoris*, P. 1405² 401; a 1449 ad 1452 sqq., *castellaniae Engolismensis coactor*, P. 1415, f° x, P. 1410², 45 et 41¹; Bibl. nat., *P. Orig.* vol. 2295, n° 51904, p. 7, etc., 1453, *Generalis* coactor, *append.* C, VII, 6.

4. A 1485-ad 1492, *Botavillae coactor*, P. 1415, f° xvij, r°; — a 1487 ad 1492, *coactor* tam domanii de *Plessac* in eadem castellania quam de Tortron in castellania Castro Novo, *ib.*, f° xviij v°; — a 1495 ad 1496 *contrascriptor generalis*, p. 1410¹, 917², f° 9, v°; 1499 et 1501, *Vectigalium coactor*, Arch. Cognac, I, *Computa*; a. 1505 ad 1511 *coactor generalis*, *append.* C, VII, 11; 1500, *primus computorum magister*, P. 1410¹ 917; a 1503 utique ad 1515, *Computorum praeses Engolismensium*, *Fr.* 21478, f° 34, r°, 40 r°; P. 1410¹ 919; P. 516¹ 623; P. 514² 375; R¹, 298, n° 1729ᶜ; 1515, *vice praesidis commissus computorum regalium*, *Burdegalensisque coactor* (jamque a 1507), Arch. Angoulême AA 5, f° 42 v°; 8 januar. 1514-5, in Camera Computorum, Parisiis, praeses, *Actes François I*, t. I, 32; cf. tamen 158 : vice-praesidis.

rationum praeses Engolismae, antequam idem munus acciperet Lutetiae Parisiorum.

Quanquam, in officiis comitatûs, non ullum comperimus exemplum *venalitatis*, cui regalia officia tunc erant praedae (forsan ex eo quod istiusmodi exempla illic callidius manebant occulta), non fugere nos potest compar illa similitudo quā ministeria apanamenti cum regni ministeriis congruebant. Quippe cum multiplicatis generalibus aut localibus officiis, tum ministris factis ex officio suo securis, non sane apanamentum magis quam regnum ab istā uti sextodecimo seculo dicebatur « archomaniā » seu munerum libidine, quae tanti futura ponderis erat, in sortem patriae nostrae. Consentiebant enim, hāc de re, instituta cum moribus, comesque, in vitā publicā, tanquam in privatā, Regem etiam Francorum sibi proponebat ad imitandum. Re quidem verā, quando Rex, anno 1526, senescallo engolismensis tractūs aut legato, ejus locum tenenti, concessit titulum et, cum qualitate, judicis regii potestatem [1], jam, abhinc longo tempore, praepositi engolismenses pro regalibus, quā possent, gerebant se praepositis; quod jampridem factum Rex publice ratum habebat, utpote rebus plerumque leges antecedentibus.

1. *Actes François I*, t. I, 2409.

CAPUT V

DE CONCILIO COMITIS

§ I. — De antiquitate communique usu concilii

In engolismensi tractu, jam superioribus seculis, nihil fere habebatur Concilio veterius [1]. Nempe Regi suum erat, in regno, Concilium; cuique bailliviae, cuique regis senescalliae suum [2]; principibus regni, scilicet duci Burgundo [3], duci Aurelianensi [4], ceterisque suum [5]; immo etiam, in engolismensi agro praecepui Comitis vassalli, potissimum e gentibus Rupe-Fucaldi [6] et Albā-Terrā [7], suum quoque habebant Concilium. Adeo

1. Dec. 1290, P. 1404[2], n° 252 ; 1333, Lunae die, ante Laetare Hierusalem, *ibid.*

2. Vide thesim nostram gallice scriptam, Libro III, cap. I, p. 233.

3. Eug. Lameere, *le Grand Conseil des ducs de Bourgogne, de la maison de Valois.* Bruxelles, 1900; insuper, 5 august. 1452, jun. julioque 1453, X[1a] 1483, f° 42 v,° 89 r°, 98 r° ; apr. 1498, X[1a] 4839, f° 211 r° ; jul. 1499, J 793, n° 11 ; J 1039, n° 35, etc.

4. Jul. 1404, Bibl. nat., *P. Orig.*, vol. 47, n. 36; januar. 1407-8, *P. Orig.*, vol. 494, n° 11108, carta 78 ; januar. 1407-8, *Fr.* 6212, n° 240; etc. ; *id.* annis 1445 sqq. : *Fr.* 6211, n° 143 ; 7 august. 1450, *N. acq. fr.* 3643, *Coll. Bastard*, 834; 16 nov. 1450, British Museum, *addit. Chart.*, 6993, etc.

5. Andegavensi duci, Cenomanoque comiti, Beautemps-Beaupré III. *Op. cit.* 327-8 sqq. ; la Mure, *Hist. des ducs de Bourbon, cit.*, t. III, p. 237-238. Aquitaniae Carolo duci, Ludovici XI fratri : vide Henrici Stein ineditum de eodem Carolo librum.

6. 10 dec. 1482, P. 1405[1], n° 352 *bis.*

7. P. 1410[1] 961[2], [4 et 5], 5 jun. 1452.

verum est Concilium proceribus maxime necessarium esse, sine quo regnum vel etiam feudum quasi parte corporis carere videretur. Inde etiam oriebatur, sine dubio, antiquum illud *concilii officium* Vassallo ab ejus Supero domino indictum.

§ II. — Quomodo componeretur concilium

Inter Hospitii quidem praepositos, ad Concilium paucissimi admittebantur, scilicet cambellani [1], magistri ab Hospitio [2], rei nummariae contrascriptor [3] rariusque armigeri a Scutiferiâ [4]. Inter publicos vero praepositos, senescallus engolismensis agri [5], senescallus Montis-Berulphi [6], legatus generalis [7], assessor [8] generalis, pro-

1. 22 januar. 1446-7, *Fr.* 6211, n° 207; 24 januar. 1465-6, P. 1405[1] 352[3]; 18 febr. 1479, n. st. P. 513[1] 9; 6 august. 1498, P. 1403[2], n° 90; 21 august. 1500, P. 1410[1], 917, f° 5 v°; 1514, *Fr.* 21478, f° 39, etc.

2. 16-17 januar. 145516, P. 1406[1] 607 et Arch. Charente.H. Cartul. B. Eparchii GG, f° 59; 17 jun. 1477, P. 515[1] 462; 25 mart. 1478, P. 513[1] 8; 24 jun. 1481, P. 1410[2], 14 *bis.*, etc.

3. 24 jun. 1481, P. 1410[2] 14 *bis*; [circa 1482] P. 1410[2] 14[3]; 6 mai. 1484, P. 1404[1] n° 156; 4 august. 1491, P. 1404[1], n° 171 *bis*, f° 2 v°; 9 sept. 1491, P. 1410[2] 20[b].

4. Philippus de Monte-Acuto, jul. 1470. P. 1406[1] 607, v°; Helias de Polignaco, dominus de Fléac, Bibl. nat., *Périgord*, vol, CXIV. n° 65.

5. 30 mart. 1446-7, P. 1404[1], 167 *bis*. 1 mart. 1451-2, British Museum, *addit. Chart.* 4071; 2 jul., 1459. Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, 13° fasciculo, *Fléac*; 14 apr. 1464, *ib*, 12°, etc.

6. [Circa 1481-1482], P. 1410[2], n° 14[2] D, f° 1, v° et F, f° 2 r°; 9 apr. 1503, P. 1403[1] lxxij.

7. 27 sept. 1447 et 15 mai. 1454, *P. Orig.*, vol. 2295, n° 51904, p. 6; 4 jul. 1470, P. 1406[1] 607 v°; 25 mart. 1478, P. 513[1] 8; 6 mai. 1484, P. 1404[1], n° 156; 10 sept. 1485, Franciscus Corlieu, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 15, *Champnier*.

8. Joannes Simon, febr. 1464-5, P. 1410[1] 941 et 959; 4 jul. 1470, P. 1406[1] 607 v°; 17 jun. 1477, P. 515[1] 462; 25 mart. 1478, P. 513[1] 8; 1 jul. 1482, P. 1405[1] 352[9] E.

curator et advocatus [1], aerarii curator [2], quidam judices vice praepositi [3], quidam ad locum procuratores [4], praeses Rationum [5], primus magister [6], consiliarii ad magnos Dies [7]. Denique nonnulli gradibus Universitatis praediti (Laidet [8], non unus Laisné [9], Rollandus Mosnier [10] et ceteri) ipsi quoque in hunc adhibebantur honorem, cujus eruditi viri majorem locum quam proceres tenebant.

Extra Comitis praepositos, insuper nonnulli titulum Consiliarii accipiebant, quales fuerunt Helias Joannesque Giraud, immunium judices [11], magister a libellis adjutor in Hospitio ducis Aurelianensis [12], advocatique vel procura-

1. 17 jun. 1477, P. 515[1] 462 ; 25 mart. 1478, P. 513[1] 8 ; 24 jun. 1481, P. 1410[2], 14 *bis*; [circa 1482] P. 1410[2] 14[3] ; 1 jul. 1482, P. 1405[1] 352[9] E ; 6 mai. 1484, P. 1404[1], n° 156, etc.

2. 31 august. 1449, P. 1403[1], n° vj. 2 dec. 1462 et 1475, *P. Orig.*, vol. 165, *Baffart*, n°s 5 et 14 ; 4 jul. 1470, P. 1406[1] 607 v° ; 17 jun. 1477, P. 515[1] 462 ; 25 mart. 1478, P. 513[1] 8; 24 jun. 1481, P. 1410[2] 14 *bis*; 6 mai. 1484, P. 1404[1], n° 156.

3. 18 januar. 1481-2, P. 1410[2] 6[9], f° 6 r° ; 10 dec. 1482, P. 1405[1], n° 352 *bis*.

4. 4 jul. 1470, P. 1406[1] 607 v°; 17 jun. 1477, P. 515[1] 462 ; 9 sept. 1491, P. 1410[2] 20[B].

5. 4 august. 1491, P. 1404[1], n° 171 *bis*, f° 2 v° ; 9 sept. 1491, P. 1410[2] 20[B] ; 9 januar. 1493-4, P. 1404[2], n° 289 ; 29 januar. 1495-6, P. 1410[1] 917[2], f° 9 r° ; 23 januar. 1518-9, P. 1404[2] n° 203.

6. 10 jun. 1493, P. 1404[1], 170.

7. 19 octob. 1493, P. 1406[1] 616.

8. 6 mai. 1484, P. 1404[1], n° 156.

9. 30 jun. 1483, P. 1406[1] 625 ; 10 sept. 1485, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 15°, *Champnier*.

10. 10 sept. 1485, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 15°, *Champnier*.

11. Cf. jam junio 1449, *N. acq. fr.*, 3642, *coll. Bastard*, 825 ; 10 sept. 1485, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 15°, *Champnier*.

12. A° 1458, *Fr.* 7853, f° 315 v°, et 330 r° : Maistre des Requestes de l'H.

tores Parisiis [1]; quorum nonnulli comitatûs advenarum sic interdum dignoscebantur, dato non proprio quidem titulo Consiliarii, sed « viri tantum ex Concilio [2] ». Ceteroquin omnia virorum ad Concilium admissorum nomina nobis non sunt manifesta, quippe quae formula « et ceteri » addita nominibus [3], expresse in indice designatis, non facultatem nobis concedat ut plane cognoscantur. Attamen conjecturā probabile est ita indicatos fuisse scribas nonnullosque viros titulo Consiliarii non praeditos, qui, ex occasione, vocabantur ad Concilium [4]. Aut saltem erraret qui Consiliarios non discerneret a testibus, forte Comiti assistentibus, cum mittenda describerentur ejus Acta, his assuetis simpliciter concepta verbis : « Per meum Dominum Comitem... N, N, N, praesentibus [5]. »

Nec ipsis mulieribus necessario Concilii aditus praecludebatur, namque videmus sororem ducis Caroli Aurelianensis Joannisque Engolismensis Concilio ducali presentem [6] et verisimile habendum est Ludovicam Sabaudam, etiam tutelā jam depositā, haud semel filii sui Concilio adfuisse.

Quando comes vel comitissa, tutelae praeposita, ade-

1. *Fr.* 7853, f° 315 v° et 330, r°, a° 1458 ; 15 sept. 1482, P. 1406[1] 576 ; 1490, 7 mai., X[1a] 1497, f° 216, r° et v° ; [1495], *Fr.* 8815, f° 7 v°.

2. Bibl. nat. *Fr.*, 7853, f° 315 v° et 330 r°, a° 1458.

3. 17 januar. 1455-6, Arch. Charente H. Cartul. GG. Beati Eparchii, f° 59. 4 jul. 1470, P. 1406[1] 607 v°; 4 august. 1491, P. 1404[1] n° 171 *bis*, f° 2 v° ; 9 sept. 1491, P. 1410[2], 20[B]; 22 nov. 1498, P. 1405[1], n° 313[B].

4. Verbi gratiā, 9 sept. 1491, P. 1410[2], 20[B].

5. 30 octob. 1482, P. 1404[1], n° 143[A], f° 5 r° ; 20 mai 1485, Bibl. nat., *Périgord*, CXIV, n° 65.

6. 25 mai. 1441, K. 72, 56[3].

rant Concilio, sponte naturae praesidebant. Quibus vero absentibus, comprobatum est, ab anno utique 1493, ut praesideret, auctoritate publicā, minister cui nomen fuit « praeses Concilii [1] ». Insuper, anno 1514, infra praesidem, videmus primum quemdam Consiliarium [2]. Sed antea, nobiles Hospitio praepositi plerumque primas partes, ordine suo, tenebant; secundum eos, veniebant praepositi publici quibus munera sua assignabant locum [3]. Omisso enim senescallo, primum obtinebat legatus, deinde curator aerarii, contrascriptor, advocatus, generalis procurator [4]. Sin autem abesset Comes praesesve aut ipse senescallus, horum, procul dubio, ministrorum, gradu primus praeerat.

Non sane operae pretium est dicere Concilium ad numerum raro se habere plenissimum; praeter solitum, eveniebat ut duodecim [5], etiam octo vel sex [6] in unum congregarentur Consiliarii; quin, si opus esset, quinque [7], quatuor [8], tres [9] etiam erant satis.

1. 9 januar. 1493-4, P. 1404[2], n° 289; 29 januar. 1495-6, P. 1410[1] 917[2], f° 9 r°.
2. *Fr.* 21478, f° 39 r°.
3. 31 august. 1449, P. 1403[1], n° vj; 17 jan. 1455-6, Arch. Charente, H. Cartul. Beati Eparchii GG. f° 59; 4 jul. 1470, P. 1406[1] 607 v°; 1477, 17 jun. P. 515[1] 464; 24 jun. 1481, P. 1410[2] 14 *bis*; [circa 1482], P. 1410[2] 14[3]; a° 1514, *Fr.* 21478, f° 39 r°.
4. 4 jul. 1470, P. 1406[1] 607 v°; 17 jun. 1477, P. 515[1] 462; 25 mart. 1477-8, P. 513[1] 8.
5. 9 sept. 1491, P. 1410[2] 20[B].
6. 17 jun. 1477, P. 515[2] 462; 25 mart. 1477-8, P. 513 8; 10 sept. 1485, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 15, *Champnier*.
7. 4 jul. 1470, P. 1406[1], 607 v°; [circa 1482], P. 1410[2] 14[3]; 4 august. 1491, P. 1404[1], n° 171 *bis*, f° 2 v°; 19 oct. 1493. P. 1406[1] 616.
8. 24 jun. 1481, P. 1410[2], 14 *bis*.; 6 mai. 1484, P. 1404[1], n° 156.
9. 31 august. 1449, P. 1403[1], n° vj; 1 jul. 1482, P. 1405[1], 352[9] E.

§ III. — Quando convocaretur concilium

Non nobis apparet e documentis an Concilium statutis temporibus convocaretur, v. g. pluries in hebdomade vel in mense, neque an accideret, haud secus ac ducis Aurelianensis Concilio, ut, per multos ex ordine dies, conventus ageretur [1]. Forsan indicabatur convocandi Concilii tempus solummodo ex urgentium necessitate rerum vel ex libidine Comitis. Atqui, si postularet usus, pro rei necessitate, Comes, puncto temporis constituto, arcessebat viros e Concilio parisiensi, quibus annuam praestabat pecuniam [2].

§ IV. — Ubinam haberetur concilium?

Nimirum praesente Comite Concilium habebatur ubi Comes praesto erat [3]; etiamsi ab engolismensi agro abes-

1. 30 januar. 1409, n. st. Bibl. nat., *P. Orig.*, vol 301, n° 23; 31 januar. 1409 n. st. *P. Orig.*, vol. 494, *Braquemont*, n° 93 ; 22 januar. 1413, n. st. British Museum, *addit. Chart.* 3133; 23 jan. 1413, n. st. KK 897, f° 74 r° ; — 25 febr. 1413, n. st. *Lat.*, 17059, n° 157; 26 febr. 1413 n. st., *Fr.* 6211, n° 618 ; a° 1437, 10 jun., *addit. Chart.* 4403 ; 11 jun., *ib.*, 3806 ; 28 nov., *Fr.* 6211, n° 137 ; 29 nov., *P. Orig.*, vol. 431, n° 9799, cartā 11.

2. *Fr.* 8815, f° 16, v° ; 43 v°.

3. Castri-Novi, 25 jun. 1486, P. 1403², n° cxxviij; 24 jun. 1481, P. 1410², 14 *bis*; Compiniaci, 25 mart. 1478 [n. st.], P. 513¹, 8; 1 jul. 1484, P. 1404¹ 154 ; 19 oct. 1493, P. 1406¹ 616 ; 22 nov. 1498, P. 1405¹, n° 313ᴮ; Engolismae, 24 jan. 1465-6, « delibéré par monditsgr, en son Conseil, assemblé en lad. ville d'Angolesme », P. 1405¹ 352⁶ ; 1467, 22 sept. « delibéré par monditsgr [le comte d'A.] en son Conseil assemblez en la ville d'Angolesme... » P. 515¹, n° 478ᴬ ᵉᵗ ᴮ, f° 1 v°.

set, Ambosiae v. g. commorans [1]. Namque ministri ab Hospitio nonnullaeque summarum apanamenti dignitatum facile eum comitari poterant, se domo commoventem, haud secus ac Aurelianensi duci pares eorum se comites adjungebant [2]; quare Comes, de Concilio suo loquens, dicebat, Regis instar : « Consilio ad latus nobis adstante », gallice quidem « *Nostre Conseil estant lez Nous* [3] ». Absente vero Comite, non semper in castellis Engolismae vel Compiniaci Concilium habebatur ; etenim cum maximi essent momenti assisiae, quales fuerunt, anno 1452, Albaterrae, conventus ubi se assisiae habebant, ibidem agebatur [4]; immo, si opus esset, in cauponā, hoc animo conductā. Cum autem publicum tribunalis auditorium omnibus pateret, Concilii seorsum et in occulto consessus habebatur et, in lubrico si versarentur, rem ad Concilium referre judices curabant.

§ V. — Quibusnam de rebus deliberaret concilium ?

Non sane de omnibus quae agebat, Concilii sui auctoritate Comes utebatur : hujus enim rei missae ad proprios ministros litterae fidem habent ; quippe quae, sine ullā Concilii ope, possent submitti [5]. Comes enim sibi

1. A° 1508, P. 1404² 168.
2. Meloduni, 26 sept. 1412, Bibl. nat., *Fr.* 6210, *Joursanvault*, 25 ; Peronae, jul. 1414, Arch. nat., KK 897, lxxv, v° ; Lutetiae Parisiorum, 5 nov. 1414, British Museum, *add. Chart.*, 3459 ; 15 mart. 1414-5, *add. Chart.* 1407 ; Aureliani, 10 mai. 1415, *add. Chart.*, 4316 ; 5 jun. 1415, *add. Chart.*, 3463 ; 20 nov. 1415 « à Rochestre » scilicet Rochester in Angliā, Bibl. nat., *Nouv. acq. fr.*, 3642, *Coll. Bastard*, n°s 691 et 692.
3. P. 1404², n° 2, f° 2 v° ; 20 octob. 1493, P. 1406¹ 616.
4. P. 1410¹ 961, 2, 4, 5, etc.
5. P. 1410² 14⁴, C, D, E, F, G, H.

facultatem vindicabat ad Concilium non referendi, quando sic erat placitum. Nihil vero rursus prohibebat quin Consilii, quoties utile visum esset, auctoritatem interponeret. Quapropter, hāc de re, quae poterant a Concilio nosci non aliis terminabantur limitibus quam quae noscebantur a Comite aut de quibus vellet consulere.

Profecto tamen quaedam, in apanamento Engolismensi, tanquam in Andegavensi Cenomanensique apanamentis [1], quaestiones potissimum e Concilio pendebant; ita, quae pertinebant ad comitis dominium : scilicet conductiones annuae perpetuaeque pecuniae causā [2], seu terrarum censalium nobiliumve locationes [3], redemptu-

1. Beautemps-Beaupré, *Coût et Institut. de l'Anjou et du Maine*, [circa 1440-1482], III, 327-332.

2. 18 mart. 1475, n. st. : « Marguerite, contesse d'Angoulesme... Savoir faisons... Nous, aujourduy, par grande et meure delibéracion de nostre *Conseil*, avons de nouvel baillé... baillons... à cens annuel et perpétuel... moïennant le pris de... P 1405[1], n° 330. — 15 febr. 1486-7, « Charles, conte d'Angolesme... Nous... par l'advis et deliberacion des gens de Nostre Conseil... arrentons... à rente annuelle et perpetuelle... Si donnons en mandement au seneschal de notred. conté ou à son lieutenant, à noz procureur et receveur illec... », P. 1404, n° 153.

3. « Sur la requeste faicte par... a esté délibéré par mgr [le comte d'Ang.], en son Conseil, ouquiel estoient... que ledit R. aura lesd. 3 journaulx à 2 boisseaux de froment etc... fait à Chastelneuf oud. Conseil le 24 jr de juing, l'an 1481 ». P. 1410[2], 14 *bis*. — 1 jul. 1484 : « Charles, conte d'Engolesme... par l'advis et deliberacion des gens de nostre conseil... avons... arenté... a tousjours mès à heritage... » P. 1404[1] 154. — 30 jun. 1484, Charles, conte d'Angoul... Nous auj. par... deliberacion de nostre Conseil avons baillé... à rente annuelle et perpétuelle... » P. 1403[2], n° cxxviij. — 23 jul. 1486, Charles, conte d'Angoul..., oy le rapport de nosd. commissaires, en mure deliberacion... avec eulx et autres gens estans en nostre Conseil... avons baillé aud. Jehan 50 journaux de noz terres... en lad. paroisse... moyennant... foy et hommage lige... P. 1404[1], n° 155.

rae [1], inspectiones declarationum et censûs [2] necnon testimoniorum, in quaestionibus decretis datorum [3], injectiones manus vel sublationes [4], exploratio titulorum, instrumentorum recognitio [5]; deinde quae, ad jurisdic-

1. [Circa 1481-1482], P. 1410[2] 14[3].

2. [Jun. 1456]. S'enssuit par declaracion les choses que... tenons en la chastell. de Bouteville... — Appoincté est par le Conseil etc... que lesd. F. et J. joïront soubz la main de mgr des prez cy dessus par eulx baillez par declaracion, etc... P 1405[2], 561 — 17 jul. 1456 : « Par devant les gens du Conseil de mgr..., veu les tiltres et enseignemens... a esté appoincté que led. L. joïra soubz la main de mond. sgr de 80 journ[x] de terres... P 1405[2] 566[11]. — « C'est la declaracion des prez que je... baille par devers le Conseil de... mgr le conte d'Engol...; appoincté est que ledit G. joïra... etc., fait le 14e de jung... 1456, P. 1402[2] 560.

3. 24 jan. 1465-6 : « lesq. enquestes rapportées et veues par led. Conseil... » P. 1405[1], n° 352[3]; — 1467, 22 sept. « delibéré par monditsgr [le comte d'Angoul.] en son Conseil que... feroient enquestes ou examen de tesmoings... » P. 515[1] 478[A-B].

4. 14 jun. 1456. «... Demourront lesd. rentes saisies,... ou cas que... et qu'ilz en aient apoincté à Mgr ou son Conseil... » P. 1405[2], 560; — 25 mart. 1478 [n. st.], « comme les chasteaulx terre et sgie de... eussent esté japiecza... saisies... scavoir faisons que par monditsgr le Conte, estant en son Conseil, ouquel estoient... a esté faicte delivrance audit Jehan de la Roche, escuier, desd. chasteaulx terre et sgie... P. 513[1] 8. — [Circa 1481-2], « A... Mgr le conte d'A., supplie... Guill. O... comme... à cause des fermes par vostred. suppliant prinses de mgrs voz officiers... reste encore envers vostre recepte... 20 pipes de froment... pour laq. reste, mgr vostre recepveur a fait saisir... les biens... de vostred. suppliant... etc. — Imā chartā : « veu le contenu en ceste requeste, par mgr en son Conseil, ouquiel estoient... a esté appoincté... » Cetera desunt ; P. 1410[2], n° 14[3].

5. « Collacion à l'original, ou Conseil de Mad. la contesse d'Angoul. ouquel estoient... le quart jour de juillet l'an 1470 », P. 1406[1] 607. — [ante aug. 1485] ordonné par le Conseil que l'advocat d'Engoulmoys, le procureur... et sur iceulx verrons les tiltres et adveuz... » P. 1404[1], n° 170. — Inventoyre fait... l'an 1486, des pieces produictes devers le Conseilh de... mgr le conte d'Angolesme par le procureur general... P. 1405[1] 352[8 A] — 18 jan. 1481-2.

tionem Comitis pertinentes, eo pacto recidebant in dominium [1]. Nihilominus multas facile esset enumerare publicas dominii res quae, sine ullā Concilii ope, expediebantur [2].

Quando autem privati homines res ad Comitis Concilium referre volebant, de quibus conquererentur, enunciabant libellum subjiciendo, per modum postulationis [3].

« à tres hault... prince, mgr le conte d'Angoulesme et à mes tres honnourés sgrs, mgrs de son Conseil, certiffie je Ant. Prevost... juge... prévostel... P. 1410², n° 6⁹.

1. Cf. *infra*, cap. VII, § D. — 15-16 mai. 1483 « par davant Vous, ... mgr le seneschal d'Angoulm. son lieutenant, accesseur,... ou autres du Conseil de... mgr le conte d'Engol... veult et entend prouver.., J. D. les domaynes... cy emprès declairez luy competter... » P. 1404¹, n° 143ᴬ, f° 1 r°, imā chartā : « Veu par mgr le conte estant en son Conseil... a esté appoincté »... etc., *ib.*, f° 5 r°. « Aujourd'uy, premier jour de juilhet l'an 1482, par la deliberacion du Conseil ouquel estoient... a esté appoinctié touchant la question qui est entre le procureur de mgr et les sgrs de Marthon et de Pranzac... » P. 1405¹ 352⁹, E. — 6 mai. 1484 « Lequel... mgr le conte d'Angol. ait fait mettre la matière en son Conseil, par ordonnance duquel... J. de Lommelet, conseiller et advocat de monditsgr, ait esté envoyé sur les lieux pour... s'enquerir si lesd. eschange... lequel advocat eut despuis fait son rapport aud. Conseil ». P 1404¹, n° 156. — 25 jun. 1484 « questions et débatz... meus... ou Conseil de monditsgr, entre... Georges Victor... d'une part, et le procureur general de mondit sgr le conte, d'autre part... » *ib.*, n° 157. — 20 jan. 1486-7, « après ce que mondit sgr le conte eût fait veoir et visiter par aucun des gens de son Conseil... les droiz... desdits du Nourrigier,... icellui mondit sgr le conte avoit voulu et consenti que... P. 1404¹ 151.

2. 25 jun. 1484, P. 1404¹, n° 157; — 20 mai. 1485, Bibl. nat., *Périgord*, vol. CXIV, n° 65; — januar. 1486-7: P. 1404¹, 151; 13 dec. 1493, P. 1403² 136.

3. 17 januar. 1458-9, Arch. Charente H, Beati Eparchii Cartular. GG, f° 72 r°; 1481, 24 jun. P. 1410², 14 *bis*; 15-16 mai. 1483, P. 1404¹, n° 143 A; — a° 1498, P. 1410², 22³; 20 sept. 1508, Arch. Angoulême BB¹, f° 209 v°.

§ VI. — Quomodo deliberaret concilium?

De quibus postulationibus, a privatis hominibus allatis, vel de quaestionibus propositis a Comite, Concilium suam dicebat sententiam; cujus, in extremo paginae vel in tergo subscriptae, interdum non autem semper adjiciebat rationem [1]. Hāc autem opinione non obligabatur Princeps qui, ad agendum, suo arbitratu potestatis suae manebat. Absente tamen Comite, Concilium habebat propriam decernendi facultatem, in apanamento Engolismensi non minus ac in Andegavensi Cenomanensique apanamentis [2] : nempe illi jus erat consultum edicere [3]. Illius vero consulta edicebantur ita ut aditum darent ad solutionem potius quam ut quaestiones solverent [4]. Hujusmodi erant scribendae relationes [5] et itinera facien-

1. [Circa 1481-2], P. 1410[2] 14[3]; 15-16 mai 1483, P. 1404[1], n° 143[A]; [Jun. 1456] « appoincté est par le Conseil, etc., que lesd. François et Jehan Vigier etc... joïront... parmi ce que led. Jehan V. a promis ensaigner... mgr et son Conseil, etc. P. 1405[2] 561.

2. Beautemps-Beaupré, *op.* et *loc. citat.*, III, 328.

3. 17 mart. 1463-4, Arch. Charente; chartā nondum in Indice designatā; 1 jul. 1482, P. 1405[1] 352[9] E; 6 mai. 1484, P. 1404[1], n° 156; [ante august. 1485], P. 1404[1], n° 170.

4. [Jun. 1456], P. 1405[2], 561; a° 1456, P. 1405[2] 566[11]; P. 1405[2] 560; a° 1472, P. 1404[1] 137[B]; *Supra*, n. 1, ex. jun. 1456 « parmi ce que... etc. »

5. 17 jun. 1477, P. 515[1] 462; — a 1486 ad 1498, P. 1404[1], n° 155; 19 et 20 octob. 1493, P. 1406[1] 616; — 7 nov. 1498, P. 1410[2], 22[3]. « Il a esté ordonné par mad. la contesse, en son Conseil, que le juge de Puydrix s'enquerra du donné à entendre par les supplians, contenu en ceste requeste, et en fera son rapport par escript, signé de sa main, à mad. dame et sond. Conseil, aux prouchaines assises de Coingnac... et, ledit rapport veu et led. procureur oÿ, sera donné ausd. supplians telle despesche qu'il appartiendra. — Fait aud. Conseil tenu à Coignac le 7 nov. 1498 ».

da [1], quae quidem ad vindicias tantum dabantur, nihil vero praejudicabant in summā et quasi causae visceribus, adeo ut nullum placito Principis afferretur impedimentum : siquidem ministri auxilia domini esse debebant, non autem incommodo.

§ VII. — De Regestis.

Quovis Concilii concessu, perscribebatur deliberationis controversia, diversaeque sentenciarum relationes rursus in Concilii Regestis transcribebantur [2].

Conclusio. — Non in eo certe constabat hujus Concilii novitas quod esset rarum, ne dicas singulare, quando quidem hujusmodi Concilia, in omnibus regni partibus, reperires. Quippe, in engolismensi tractu, tanquam in aliis provinciis, praesertim conspicuum erat propterea quod conventus, quasi persona, in unum colligebatur ; cuncta enim ministrorum diversitas, in summam collecta, quasi corpus tamen efficiebat, unitate praeditum, parvusque ille conventus disciplinā manebat bene moratus, sub Comitis aut ejus vicarii auctoritate. Namque « debiberare multorum est, agere unius proprium ». Apanamentum igitur, non quidem a multis in conventu viris administratum, perstabat, quasi regni specie, unius dominium ; cujus tamen rector quorumdam, non quidem

1. 1 jul. 1482, P. 1405[1], 352[9], E ; 15-16 mai. 1483, P. 1404[1], 143 A ; 19 et 20 octob. 1493, P. 1406[1] 616.

2. 1 jul. 1482, P. 1405[1], 352[9] E. — « Extraict des registres du Conseil de... mgr le conte d'Angolesme » ; P. 1410[2], 14 *bis*. 24 jun. 1481.

ortu sed potius scientiā, inter ministros, maximorum, opem poscere non dedignabatur.

Nimirum, hāc parte, Comitatûs instituta vere popularia erant, licet, multis ceteris partibus, tradita in manibus optimatium, praesertim Hospitio praepositorum.

CAPUT VI

DE RATIONE ADMINISTRANDI ET GENERALI COMITATÛS TEMPERATIONE

Consilio suo adjutus circumdatusque ministris, tam publicis quam domesticis, quā ratione Comes suam, in apanamenti subditos, exercuerit auctoritatem, nunc dicendum est.

§ I. — De actis comitis scripto consignatis

Quod sane comiti, sicut regi, placitum erat, in formam edicti tradebatur, litteris vel mandatis. Scribae vero cum haec acta scriptis mandarent, ante oculos positum certe exemplum habebant de regiā Cancellariā assumptum ; namque, eodem ordine, sive facta exponebantur, sive enuntiabantur consilia ; omnia demum erant similia in actis, iisdem etiam verbis expressa [1].

Comites quidem, secus ac magni quidam, quinto decimo seculo, feudorum possessores (Burgundiae [2]

1. V. g. 8 mai. 1484, P. 1405[1], n° 295 ; 13 dec. 1493, P. 1403[2], n° 136 ; pleraque, notis 3, 4, 5, p. 96, infrascripta, vide documenta ; cf. *append.* D. [28], etc.

2. D. Plancher, *Hist. gén. et particul. de Bourgogne*, Dijon, 1781, t. IV, pp. ccxxij, ccxxv, cccxlviij, a° 1455-6 et 13 sept. 1475.

scilicet Britanniaeque [1] duces et comes Armeniaci [2] non prae se ferebant titulum sic inscriptum : « Comes Dei gratiā », sed, clausulae ritu, eadem quae Rex ipse, haec addebant : « sic enim nobis placet fieri [3] » ; « sic enim nobis placet et fieri volumus [4] » ; « nam tale nostrum est placitum [5]. » Quae verba, ceterum, adhibebantur, sine ullo delectu, nec unā clausulā, v. g., edictis reservatā, alterā autem mandatis, etc.

1. Dom Hyac. Morice, *Mémoires pour servir de preuves à l'histoire... de Bretagne*, fol. Paris, 1746, col. 627, 26 mart. 1488 : Anne, par la grâce de Dieu, « duchesse de Bretagne » ; col. 594, 30 jul. 1488 : « François, par la grâce de Dieu, duc de Bretagne ».

2. A° 1426-1427, J. 854[3].

3. « Car ainsi nous plaist-il estre fait » : 8 febr. 1476-7, *Rohanna Margarita, Engol. comit.*, P. 1404[2], n° 244 ; — *Carolus Engolismensis comes* : 13 dec. 1493, P. 1403[2] 136 ; 26 august. 1485, P. 554[3], n° 370 ; 10 dec. 1486, P. 513[3], n° 224 ; — « non obstant quelxconques ordonnances et mandemens... contraires, 18 febr. 1481-2, P. 1410[2], 14[c] ; — *Sabauda Ludovica* : 15 jan. 1495-6, P. 1410[1] 917, f° 5 r° ; 10 jul. 1496, P. 513[3] 226 ; jul. 149-[7], P. 513[1] 7 ; 11 jul. 1497, P. 514[1] 240 ; 1498, 22 nov. P. 516[1] 613 ; 21 august. 1500, P. 1410[1] 917, f° 5 v° ; 1 mart. 1502-3, P. 515[2] 590.

4. Car ainsi nous plaist-il et voulons estre fait » : *Joannes Engolismensis comes*, 30 apr. 1460, P. 516[1] 715 ; — *Rohanna Margar.* 18 jan. 1468-9, P. 515[2] 524 ; 28 januar. 1468-6, 9, P. 515[2], n° 524 ; 1 mai. 1476, P. 1405[1] 352[9] c ; — *Carolus Engol. comes*, 6 jun. 1481, P. 514[2] 426 ; 30 jun. 1484, P. 1403[2], n° 128 ; 1486, 14 apr., P. 1404[1], n° 167 ; — *Sabauda Ludovica*, 7 nov. 1496. P. 515[2], 580 *ter*.

5. « Car tel est nostre plaisir », *Carolus Engol. comes* : [1481-2, 18 febr.] P. 1410[2], 14[9] A ; 23 jul. 1486, P. 514[2] 379 ; 17 nov. 1489, P. 520[1] 1550 ; 5 mart. 1493-4, P. 514[1] 257. — *Sabauda Ludovica* : 17 nov. 1496. P, 516[1], n. 614 ; 18 nov. P. 515[2] 579 ; 9 mart. 1497, P. 520[2], n° 1715 ; 29 mai. 1497, P. 515[2], 594 ; 6 jul. 1497, P. 515[1] 461 ; 15 sept. 1497, P. 514[1] 237 ; etc. ; — *Franciscus, Engol. comes*, 18 aug. 1512, P. 515[2], n° 529 ; P. 516[1], n° 634 et 623 ; 16 dec. 1512, P. 513[3] 159 ; 17 et 18 januar. 1513-4, P. 513[3] 140 ; 15 mart. 1514, [n. st]. P. 516[2], n° 672.

Litterae quae imprimis omnium notitiae tradi debebant, pariter ac litterae regiae ejusdem modi [1], promulgabantur in diversis jurisdictionis sedibus, in auditoriis, interdum etiam medio in Concilio et coram Comite ; quae, postquam recitatae, tabulis publicis mandabantur [2]. Postea, quando dabatur locus, ad sonitum tubarum, pronuntiabantur in quatuor compitis Engolismae necnon in castellaniarum totius apanamenti compitis, a Comitis servientibus et praeconibus [3]. De cetero, cuncta publicis tabulis notata, ad Comitem attinentia, in tabulario custodiebantur [4], quae sinebat Comes, servandis cautionibus servatis, vulgo in publicum exhiberi [5].

§ II. — Litterae regiae, in comitatu exsequendae

Interdum litterae regiae ad specialem mittebantur regis in engolismensi tractu vicarium, Immunium judi-

1. Vide thesim nostram, gallice scriptam. liv. III, chap. II, p. 271.

2. Vide *appendicem* D, [28] ; 4 august. 1491, P. 1404[1], n° 171 *bis*, f° 2 v° ; 9 sept. 1491, P. 1410[2], 20[B], f° 5 r° ; 15 nov. 1505, P. 1403[2], 116 *quater*, f° 13 ; etc.

3. 3 august. 1441, P. 1405[1] 322 ; 15 januar. 1443-4, P. 1405[1] 348 ; 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj, *quater*, f° 13, etc.

4. 4 august. 1491, P. 1404[1], n° 171 *bis* « lesq. ordonnances... commandées estre enregistrées par mgr. ès papiers et registres de son conseil et Chambre des Comptes, affin de perpétuel mémoire » ; 15 nov. 1505, P. 1403[3] cxvj *quater*, f° 13 « que nosd. presens editz, ut jubet comes, ilz facent [scilicet comitatûs praepositi] lire et publier en leurs sieges ressors et jurisdictions et icelles enregistrer... ». — P. 1406[1], 594[16] ; P. 1153, f° 197, r° et 214 v°.

5. Mart. 1503 [n. s.], P. 515[2], a 590 ad 592.

cem nomine [1], qui curabat ut, per regalem servientem, in diversis Comitatûs sedibus, promulgarentur [2]. Interdum etiam ad ipsum Comitem recte afferebantur a veredario regis [3].

Comes enim in constanti nuntiorum consuetudine cum rege perstabat. Scilicet ab omni quācumque Comitatūs parte, Compiniaco, Engolismā, etc., illum non taedebat mittere nuntios « in aulam » (Parisios, Turones, Aurelianum, Ambaciam, Lugdunum), ad regem. Nec praecones vel « persequentes » tantummodo Merpisium, Jarnacum, Engolismam, etc., vel suae Scutiferiae veredarios mittebat, quorum assuetus usus non potuisset satisfacere negotio; sed etiam, praeter solitos, sine intermissione missitabat nuntios : unum, v. g. ex Hospitii magistris, armigeros a Scutiferiā, generalem rei nummariae contrascriptorem, judicem Compiniaci, engolismensis tractûs advocatum, legati generalis assessorem, vel ipsum legatum [4]. Itaque praepositorum engolismensi agro pars vivebat per vias, non secus ac si omne administrandi genus impossibile videretur nimium absenti a Rege. Ideo cum minus necessarium aestimarent Comites cum subditis suis quam cum Rege usum servare quotidianum, non Regis jussa solum subibant,

1. *Infra*, cap. VII.
2. 14 febr. 1504-5, P. 1403[2] cix.
3. 17 januar. 1496-7 « estoit venu de court et avoit fait venir certain chevaucheur du roy, lequel avoit apporté lettres à mad.dame [Sabaudae scilicet Ludovicae] touchant la seneschaucée d'Angoulmoys... » Bibl. nat., *Fr.* 8815, f° 16 v°. — Cf. 26 sept. 1504, P. 1410[2] 37[3].
4. 23 jul. 1464, P. 1404[1] 141[B] *bis* ; *Fr.* 7853, f° 316 r° et 330 v° a[is] 1458 et 1467 ; octob. 1484, K 530[5], n° 14 ; *Fr.* 8815, f° 6 r°, sqq., 14 v°, 16 v°, 43 v° : « Voyaiges et chevauchées ».

sed arcessitis et quasi provocatis ibant obviam, ita ut diceres eos propriam prudentiam habere suspectam, ad gubernandos apanamenti sui subditos.

§ III. — De publicā tranquillitate

Inter dignitatis suae officia in primis curare debebat Comes ut servarentur edicta, in honore haberentur praepositi mandatis exsequendis, paxque civilis tuta fieret [1]. Quapropter jure Consuetudinis Comiti licebat in engolismensi castellaniā creare, si ei videretur, duodecim servientes, itemque unum in unāquāque castellaniā, ab ipso in feudum acceptā [2]. Nempe, in hujusmodi castellaniis quilibet dominus, altā jurisdictione praeditus, quatuor servientes ; mediā, duos ; infimā, pariter duos sibi vindicare poterat ; item cuilibet baroni in unāquāque baroniā licebat sex creare servientes ; quae copia sic quoque saepe non suppetebat [3].

Aliunde Comiti incumbebat etiam a licentiā vel inconsulto suorum ministrorum studio pacem tutari [4]. Quae maximopere turbata, cum Johannes captivus esset [5] Comes, etiam, illo mortuo, quibusdam in paro-

1. 15 nov. 1505, P. 1403², cxvj *quater*, f° 1 r° et *append.* D., circa initium.

2. *Coutumier gener.* apud Bourdot de Richebourg, IV, 841 ; art. 5 ; a° 1410, P. 514², 406 *bis*.

3. P. 1405¹, n° 380.

4. V. g. 17 mart. 1463-4, Arch. Charente, chartā vero nondum in Indice designatā; 20 nov. 1452, Arch. nat., R¹ 265, 87, n° 1400.

5. Vide quae, capitulo nostro VI, olim jam delibaverimus, *École nat. des Chartes, Positions des thèses*, a° 1888, pp. 37-38 ; P. 1405², 563¹ et ².

chiis periclitari visa est [1]. Ipsa quidem praeclarissima regionis monasteria non fuerunt optimo disciplinae exemplo, quo, sollicitatus comes, ad claustrorum rationem monachorumque numerum intendebat animum [2]. Insuper, Engolismae, in capite provinciae, interdum conquerebantur quod, absente majore, urbanae securitatis cura omitteretur civitasque usurparetur « sceleratorum colluvię adolescentium [3] ». Quare nefariis facinoribus numero crescentibus, non omnes malefici homines galero atque veste rubro et coeruleo mixtis colore municipalium quatuor servientium [4] terrebantur. Profecto istiusmodi perturbationem negligere non fas erat Comiti ; itaque, si quando audiebat, annonā ingravescente, scabinos non eos esse qui praecaverent ne fraude carior fieret, auctoritatem suam protinus interponebat [5]. Tempore autem solito, sinebat majorem Engolismae vel Compiniaci de panis pondere et pretio [6], de urgentibus

1. Abbé Mondon, *Bullet. Soc. Arch. Charente*, p. 241, n. 1 ; oct. 1499, JJ. 233, f° 72 r° : in engolismensi comitatu « il y a danger d'aller seul de nuyt, car on ne scet que on peut rencontrer ».

2. Abbé Mondon, *op. et loc. laudat.* 18 mai. 1459, Arch. Charente, fonds S. Cybard, fasciculo « Discipline » nuncupato ; *ib.*, 2 jan. 1470-1 ; a 1501 usque ad 1524, *ib* ; [circa 1482], P. 1410[2], n° 14[13] r° ; *Infra* capit. IX.

3. 7 jul. 1502, Arch. Angoulême, BB, f° 125 : « un tas de mauvais garsons ».

4. 27 mai. 1510 « dix aulnes d'ostadine, moytié bluete et l'autre moitié rouge, qui est cinq aulnes de chascune sorte,... et 110 s. t. pour 4 tocques de Millan rouges... pour fayre les pourpointz et les toques des quatre sergens ». Arch. Angoulême, BB 1, f° 225, v° et 228 r° ; cf. 246 v°.

5. 13 dec. 1505, Arch. Angoulême, BB 1, f° 164 v°.

6. 16 mart. 1499-1500, Arch. Angoulême, BB 1, f° 49 v°, 65 r°, 164 v° ; AA 5 f° 41 r°, a° 1505 ; Compiniaci, Arch. Cognac,

refectionibus [1], de magno horologio [2], de campanā [3], de purgandis vel glareā consternendis viis [4], placide leges instituere, opitulationem publicam disponere [5], in summum providere contra pestem aut lepram tuendae omnium valetudini [6].

§ IV. — De agriculturā

Nihil forte magis, ad firmandam tranquillitatem publicam, valebat quam curare ut antiquus rerum ordo in agris observaretur, adeo grandem, iis temporibus, locum tenebat agricultura.

A. *De vectigalibus et decumis.* — Nulla, in engolismensi tractu, terra erat libera [7]. Etenim ipsa feuda vel praedia retrocessa quae, dominis, numero variantibus, interpositis, omnia tamen a Comite accipiebantur, fere in totum ex aggregatis censivis composita se habebant [8]. Quae dominus interdum directe colebat, per domesticos

liv. rouge, f° 2 r°, sqq. ; Marvaud, *Hist. Cognac* II, p. 416 ; cf. ante,1496, Arch. nat., P. 1404² 271 *c*.

1. 1495-7, Arch. Angoulême, AA 5, f° 19 v° ; 16 mai. 1502, *ib.*, BB 1, f° 107 v°, 132, 133 v°.

2. « Le ologe a esté fet », Arch. Angoulême, AA 5, f° 19 v°.

3. « Achapté la clouche », *ibid.*

4. 25 jun. 1505, Arch. Angoulême BB 1, f° 156 r° ; 13 dec. 1505, f° 165 r°.

5. 1 apr. 1502 [n. st.], Arch. Angoulême, BB. 1, f° 78 v°, 82 ; 83 r° ; 14 mart. 1510-1, *ib.*, 265 v°.

6. *Ibid*, f° 92, 97, 107 v° ; apr. et mai. 1502 ; 26 mart. 1512, », [n. st.] *ib.*, f° 329 v°.

7. *Supra*, p. 25, n. 4, 5, 6 ; Consuetud., cit. art. 35, *Nouv. Cout. gen.* laudat. IV, 843.

8. Arch. Nat., a P. 1403¹ ad 1410, *passim*.

aut mercenarios famulos [1] perangariasque (gallice, corvées) bovinas vel manuarias [2]. Nonnunquam certe statis temporibus ea locabat ; sed plerumque commodius putabat elocare praedia ex locato perpetuo vel vectigalibus emphyteuticis [3]. Ceteroquin ad censum saepe Comes, per se, per Consilium aut praepositos, praedia locabat [4], quae metanda curabat per mensorem engolismensis agri vel mensorem castellaniae [5]. Comiti etiam contingebat prohibere ne censivis suis annua nova imponerentur vectigalia neque eas vendere liceret viris ecclesiasticis vel nobilibus [6].

At, bellis cum Angliā finitis, ab illā renovatione, quae reditum Joannis comitis secuta erat, paulatim minores facti sunt agri inarati et in « vetereto » relicti [7]. Tunc enim campi triticeo frumento, secali, avenāque

1. A° 1462, 21 august. « à ung manouvrier qui a vacqué 7 jours entiers à lier et amasser de la paille, pour la provision de l'ostel de mondit sgr [comitis scilicet Engolismensis], à xv den. par jour... », KK 239, f° 55 v° ; cf. f°s 16 v°, 1 r°, 74 r°, 30 v° ; 5 mai. 1460 « environ a 20 ans il qui parle estant pour la journée louhé... à abatre six gros chaignes... » P. 516[1] 603 *ter*, f° 14.

2. P. 514[1] 317 (lineā decimā) : « ils me doivent *corvée*, c'est assavoir une journée l'an, à *mon labour*, à ma requeste et de mon sergent ». — 20 nov. 1445, P. 516[2] 664; 18 mai. 1447, P. 515[1] 447 ; 19 jun. 1447, P. 515[1] 491 ; 10 febr. 1454-5, P. 515[1] 515 ; 4 august. 1457, P. 514[2] 407 ; 1 mart. 1484-5, Arch. Cognac, *fonds Albert*, vol. V, n° 17, charta origin., et vol. 31, pp. 56-57 ; januar. 1498-9, JJ 231, f° 117 v°.

3. *Supra*, p. 89, n. 3 et 2. Insuper, 2 mart. 1480, [n. st.], P. 1405[1], n°s 333 et 334 ; 15 febr. 1481-2, P. 1410[2] 6[10], etc.

4. *Ibid.*

5. A° 1482, P. 1410[2] 6[10], f° 2 r° ; a° 1483, P. 1403[2], 129 et 135, — De quibus mensoribus, 8 nov. 1453, *Fr.* 26082, n° 6618, — ante 1477, P. 1404[1] 138, f° 13 v°.

6. A° 1495, P. 1405[1], n° 323.

7. [1490] art. 14 : « Item... lad. paroisse (in castellaniā Compiniacensi), est demouré inhabité, jusques à environ *30 ou 35 ans*

consiti, vineae, lineae cannabiaeque culturae contingebant pomaria prata et nemora [1]. Attamen, quantum credere licebat, ex recensionibus Comiti denuntiatis, culturae, longo magis quam unius seculi intervallo, non adeo multum immutaverant; quippe ubi araverant veteres, novi arare pergebant linoque vel cannabi conserere terras quibus olim eadem jam mandaverant semina [2]. Summum quidem, vineae tendebant ut ampliores, nemora ut amplitudine minora fierent, quanquam, in castellaniā utique engolismensi, consuetudo erat terras tres annos in vetereto relinquere [3].

que *le pays s'est comancé à peupler, comme le seurplus des autres terres et seigneuries d'Engoulmoys et autres pays circonvoisins* ». P. 1410[1] 944 *bis*, f° 4. — « Au regard du temps couru *despuis lad. première réduction de Guyenne* [1451] *et Bourdeloys* en ça, qui peut avoir environ xxv ans, *le païs a esté populé* et converty poy à poy en l'estat où il est ». P. 1410[2], 37, f° xxv. — A° 1477, in Botavillari castellaniā, « fermier... des... terrages des nouvellars ou terres réduites de nouvel en labourage, P. 1404[1] 138, f° 15 r°; — Insuper, 10 octob. 1460, P. 516[1] 603 *ter* 1, f° 19 r°; ante 30 mai. 1460, P. 516[1] 603 *ter* 1, f° 14 r°; 6 sept. 1479, Arch. Charente E, n° 185 ; etc. — Cf. 15 nov. 1445, in castellaniā Castro-Novo, « lesq. choses sont pour la plus grant partie en désert, à cuuse des guerres, mortalités et aultres pestillances, qui tant dollantement et longuement ont regné », P. 515[1] 465 ; cf. 464, *ib.*, a° 1390 quo jam eadem fiebant verba.

1. 3 nov. 1445, P. 514[1] 300; 4 dec. 1445 « lins et charbe », P. 516[1] 605; 6 jul. 1447, P. 514[2] 418 ; 30 mart. 1447, P. 1404[1] 167 *bis*; 3 aug. 1456, P. 514[1] 294, etc.

2. Quod e quibuslibet feudi ejusdem collatis declarationibus saepius liquet, P. 514 sqq. *passim* : praesertim, a[is] 1350, 1364, 1390, 1415, 1445, 1447 : P. 515[1] a 480 ad 491 ; a[is] 1367, 1410, 1455 ; P. 515[1] 513 ; 514 ; 515, etc.

3. 2 mart. 1480, n. st. « Seront tenus labourer... lesd. journaux... sans les laisser chousmer, si n'est ainsi que lad. coustume de lad. chastellanie d'Angolesme le porte, qui est par l'espace de 3 ans ». P. 1405[1], n[os] 333 et 334.

Agricola autem, propositā terrae capiendae poenā, debebat, quot annis, omnia quibus gravabatur vectigalia solvere, praestare tributa, pro censu defungi pecuniā vel compensatione mercium (ovium, caponum, gallinarum, frumenti, avenae, vini etc.). Nempe edicto Joannis comitis, statutum erat, in engolismensi castellaniā, vectigal, pro diurno quoque in pratis labore, tribus aut quatuor turonensibus denariis esse pendendum; pro diurno quoque, in arabili terrā, semodio frumenti [1]. Termini vero, sub oculis procuratoris, locumtementis vel advocati Comitis, collocabantur [2].

Item, in engolismensi tractu, pro multis praediis, solvenda erat pars frugum, segetis aut vindemiae, undecima scilicet [3], decima [4], nona [5], octava [6], sexta [7], quinta [8], vel, uti vulgo dicebatur, « le onzain, le dizain, le nonnain, le huitain, la sixte, le quint. » Haec vocabantur vectigalia agriarii [9], terragii [10] vel complan-

1. P. 1410² 6¹⁰, f° 2 v°.
2. A° 1494, P. 1403² 135.
3. 29 nov. 1445, « onziesme partie des fruiz croissans », P. 514¹ 296.
4. A° 1498 « diziesme quinteau ou gerbe des blés naissans et croissans esd. terres ». P. 1410², n° 22 *bis*.
5. 6 jun. 1441 « le ıxᵉⁿ pour droit de complainct », P. 1405², n° 533 ; 4 mai. 1441, « le ıxᵉⁿ des fruiz croissans en icelle [terre] pour droict de terrage », P. 1405², n° 442.
6. 9 jun. 1441 : P. 1405² 402 ; *ib.* 489 ; 11 jun. 1441, *ib.* 492; 6 jun. 1441, *ib.* 533.
7. 7 jun. 1441, « le sixte... pour diesme et complant », P. 1405² 502.
8. « le quint pour le complainct », 9 jun. 1441, P. 1405² 452.
9. 9 jun. 1441, « le huytain pour agrier », P. 1405² 402 et 489.
10. 2 mart. 1480, [n. st.] « droit d'agrier et terrage », P. 1405¹, nᵒˢ 333 et 334 ; 11 jun. 1441, le viijᵒⁿ... des fruis croissans en icelle [vineae] chascun an, pour le droit de taraige ou complaing, P. 1405² 492 ; 4 mai. 1441, le ıxᵉⁿ des fruiz croissans... pour droit de terrage », P. 1405² 442 ; *id.*, le huiten.

tagii [1]. Salvā quidem exceptione, non exigebantur vectigalia agraria ex fructibus, v. g. nucibus, malis, piris [2] etc. ; sed fere semper e frumento [3] et interdum e vineis [4]; complantagia vero vectigalia praesertim e vineis exigebantur [5], per exceptionem e frumentis, anno 1477 [6].

Profecto cleris non tot decumae quot olim solvebantur, sed non ideo a decumis terra erat libera ; siquidem decumae istae, ab antiquis possessoribus abalienatae, in feudum conversae erant ; quas domino quidem debitas, loco presbyteri, abbatis vel prioris, re tamen verā

1. 10 jun. 1441 : « le viij^en pour le complainct », P. 1405² 457 ; le quint pour le complainct », P. 1405² 452; le ix^en pour droit de complainct ; *ibid.* 533 ; le viij^en, *ib.*

2. A° 1498 « paiement au sgr de la terre du dixiesme quinteau ou gerbe des blés naissans et croissans èsd. terres et non des noix, pommes, poires et autres fruits,... pour lesd. terres tenues à l'agrier », in plurimis locis castellaniarum Montis-Maurelli et Blanziaci, dominiique Pudriaci, P. 1410², n° 22 *bis*.

3. A° 1493 « Prendre l'aggrier de la vendenge des blez et autres semances, quant lesd. lieux estoyent en vignes » ; P. 1403², n° 136 ; circa 1450, « l'agrier des blés qui y croistront », P. 1405² 566[17] ; 2 mart. 1480 [n. st.] « droit d'agrier et terrage » terrarum cultarum, nec inaratarum, P. 1405¹ 333 sqq. ; Infra. cap. IX, § 3, A not. 20 mart. 1464, [n. st.].

4. 20 mart. 1463-4 : KK 1339, n° 38 : « 26 pipes de vin, venues des agriers de Bouteville, Cognac, Jarnac, Mérignac » ; 9 jun. 1441, P. 1405², 402; 10 nov. 1445 « l'agrier des vignes ». P. 514² 391 ; 19 sept. 1497, *ib.* 360 ; infra, cap. IX, § 3, A, not. 20 mart. 1464, [n. st.].

5. 10 jun. 1441, P. 1405², n° 457 ; 11 jun. 1441, *ib.* 492; 9 jun. 1441, P. 1405² 452 ; 6 jun. 1441, *ib.* 533 ; 7 jun. 1441, *ib.* 502 ; le huiten des fruiz croissans... en icelle vigne pour droit de terrage;... le ix^en des fruiz, croissans en... une autre vigne, pour droit de terrage » P. 1405² 442.

6. In Botavillari castellaniā : « complans affermés... à la quantité d'une pipe de froment », P. 1404¹ 138, f° 15 v° : quae tamen exceptio intelligi potest, dum attendas terrae molitionem fuisse mutabilem, immutabili tamen vectigali.

semper solvebat agricola [1]. Atqui decumae imponebantur annonae, frumento, vino, cannabi, lino vel pecudibus, agnis, suibus, capris, vitulis aut proventibus gregum, lanis etc. [2] Decuma vero, licet tali vocaretur nomine, non erat plerumque pars fructuum decima, sed potius tertia decima [3], undecima [4], octava [5], sexta [6], quinta [7]. Immo, multis locis, nihil discriminis inter decumam ponebatur et agriarii, terragii vel complantagii vectigalia [8], nisi forsan quod decuma, non solum pertinebat ad

1. A° 1441, P. 1405² 488, 476; 3 nov. 1445, P. 514¹ 338; 20 nov. 1445, P. 513³ 236; 13 aug. 1446, P. 513¹ 12; 19 jun. 1447, P. 514² 406 *ter*; 20 mart, 1466-1467, P. 1404², 234; 6 jan. 1469-70, P. 514¹ 330, 17 lineā, ante finem.

2. 28 jun. 1410 « soient blez vins, charbes, lins, bestiaire, agneux, lannes, porceaux et veaux » : in castellaniā Merpisiā, 3 nov. 1445, « la diesme des vins », P. 514¹ 338; 19 jun, 1447 « la diesme et fruiz croissans des blez, de vin, de leinnages » P. 514² 406 *ter*; 11 nov. 1506, in castell. Merpisiā « blez, vin, charbes, lyn, bestiaire, aigneaulx, laynes, porceaulx et veaulx », P. 514² 387.

3. 4 dec. 1445, in castell. Merpisiā « la diesme de tous les fruicts croissans èsd. confrontacions, c'est assav. la XIIIe partie », P. 516¹ 605.

4. 28 jun. 1410, « la diesme, c'est assavoir la onzesme partie... » P. 516² 674, in castellaniā Merpisiā; 4 dec. 1445, P. 516¹ 604; 19 jun. 1447, P. 514² 406 *ter*; « la dixme, c'est assavoir le onziesme... », 11 nov. 1506, P. 514² 387.

5. 9 jun. 1441, in castell. Compiniacensi, « la huitiesme somme pour diesme », P. 1405² 488.

6. « Le sixte pour dieme », 7 jun. 1441, P. 1405² 431, in castellaniā Compiniacensi; *ib.*, 8 jun. 1441 « la vj^e somme de vendenge... pour diesme », *ib.* 476.

7. Compiniaci, la ve somme de vendenge pour deisme », P. 1405² 394; 12 jun. 1441.

8. « Dieme et complant », in cast. Compiniacensi, 7 jun. 1441, P. 1405² 431; 8 jun. 1441, *ib.* 476, « pour diesme et agrier »; 12 jun. 1441, P. 1405² 394 « pour deisme et pour agrier ».

unum praedium, sed in totā parochiā, ad omnes terrae fructus.

Ceteroquin, sicut hujusmodi vectigalia, decumae venditione, dote vel haereditate traditae, particulis *minute* constitutis, inter multos « participes » distribuebantur [1].

Detentoribus haud nobilibus, edicto Joannis comitis, ante tricesimam diem maii 1460 promulgato, imperatum erat ut terragia suae culturae colligerent [2]; insuper, solemnis vi Consuetudinis, debebant census, annuam pecuniam aliaque vectigalia, in numerato vel mercium compensatione, ad castellum aut domicilium domini afferre [3]. Quod si vero castellum domiciliumve extra castellaniae fines versaretur, detentor, nisi expresso cautum esset verbo, non cogebatur ex hāc egredi castellaniā, sed eo tantum adibat ubi dominus potissimum solebat habitare cum in suam castellaniam veniret. Immo, in castellaniā Botavillari, praeposito feudi Mainxe et praeposito feudali Botavillari imponebatur cura ut, per suos servientes, omnia vectigalia, comiti debita, exigerent [4]. Unde pro manifesto habemus hoc principium scilicet ad dominum convehendos esse reditus, sine ullo ejus incommodo.

B. *De silvis.* — Profecto in Galliā veteri, silvas constat multo latius patuisse quam in nostrā praesenti Fran-

1. 3 nov. 1445, « octave partie de la deisme », P. 514[1] 338; 15 nov. 1445, P. 514[2] 353; 20 nov. 1445, P. 516[2] 679; 12 august. 1446, P. 513[1] 12; 29 jun. 1465, P. 513[3] 214; 6 jan. 1469-70, P. 514[1] 330.

2. P. 516[1] 603 *ter*, 1, f° 14 r°.

3. Consuetud. Engolism. art. 21, apud. *Nouv. Coût. gen.*, Bourdot de Richebourg, t. IV, p. 842; 27 jun. 1453, P. 514. 279.

4. A° 1410, P. 514[2], 406 *bis*; a° 1445, P. 514[2], n° 365.

ciā [1]. Nempe, intra sui fines apanamenti, comes Engolismensis habebat nemora in suis castellaniis Engolismā [2], Compiniaco [3], Merpisio, Botavillā, Monte-Berulphi ; in unā tantum castellaniā Engolismensi, habebat silvas de « Boisne, de Bracone, de Roumagoux » [4]. Extra suum vero apanamentum, eidem erant silvae, in castellaniis Castro-Novo [5], Chizeyco [6], dominiisque Civrayo [7], Metulo, S° Maxencio, Victoriaco, Sparnaco [8], Alneto [9], Millianaco [10], etc.

Atqui praedictis multi intemperanter abutebantur silvis ; quapropter oportuerat, anno 1505, novis edictis, administrandi modum necnon earum reficere temperationem [11]. Nempe, tali ratione, Comes aquarum silvarumque, jam quartodecimo seculo, in engolismensi agro, existentem [12], magistrum servaverat [13]. Cujus sub auctoritate magistri, ad totum porrectā comitatum et forsan ad omnes Comitis possessiones, in quāque silvā,

1. Maury, *Les forêts de la Gaule et de l'ancienne France*, Paris 1867, 8° pp. 41, 367-373.
2. 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater* : « ordonnance faicte par madame sur le faict des eaues et forestz d'Angolesme ».
3. Vide *appendicem*, D.
4. P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 2-3 r°.
5. Vide *appendicem*. D.
6. A° 1489-1491, P. 1410[2] 20[A-B], et 22, 23;
7. V. *appendicem*. D.
8. Apr. 1437, Bibl. nat., *Coll. Moreau*, *Chartes et dipl.* 250, n° 41.
9. 30 apr. 1513, P. 519[1] 1265.
10. A[is] 1470-1476, P. 1415, f° xxxviij.
11. 15 nov. et 13 dec. 1505, P, 1403[2] cxvj *quater* et *append.* D.
12. A° 1331, P. 1405[1] 352[9] D.
13. 5 mart. 1493-4, P. 514[1] 257 ; 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 9 v°, [art. 40], sqq. : « quant au maistre des eaux et foretz, il sera tenu... »

praesto erat viridarius [1] seu magistri locumtenens minister [2]. Hic viridarius inprimis speculabatur arbores [3] signabat excidendos [4], vendendosque curabat [5]. Quinetiam, in unāquāque silvae parte, erat serviens [6] vel juratus custos [7], qui fidem probitatis facere debebat [8] et in sede custodiae cogebatur permanere, cui unus tantum, in occasionibus provisis, ad vicem illius accessurus, tolerabatur adjutor [9]; porro tali custodiā praesertim inspiciebantur homines ne delicta committerent [10]. Quinimmo, praeter haec ministeria, rei propria, Consilium Comitis, viri rationibus computandis dediti, forsan aquarum silvarumque procurator generalis, utique, in omni castellaniā vel dominio quocumque, procurator et, si quis adesset, advocatus, animum ipsi quoque in silvas habebant occupatum [11].

Harum silvarum nonnullae certis limitibus diligenter

1. 15 nov. 1505, [art. 27-29, 34 sqq.], P. 1403[2] cxvj[4], f° 8 v°.
2. A 1466 ad 1469, P. 1415, f° xxxviij.
3. V. not. seq.
4. [Art. 13], « par nostre verdier led. boys... marqué », P. 1403[2] cxvj[4], f° 4 r°; [art. 34], f° 8 v°, *ib.*; [art. 4], *append.* D.
5. *Ibid.*
6. 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 2 sqq.; art, 1, sqq.; cf. not. seq. *append.* D, [art. 1].
7. *Ib.* P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 3 r°, [art. 9] « en chascun desd. quartiers et gardes... sera mis un sergent, nostre garde ».
8. « gens vertueulx, puissans et loyaulx », *ib.* P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 3 r°, [art. 9]; « tenuz faire résidence continuelle » *ib.*, V. *app.* D, art. [1].
9. P. 1403[2], cxvj *quater*, f° 3 v° [art. 11]; Vide *appendicem* D, [art. 3].
10. P. 1403[2] cxvj[4], f° 3 v°, sqq. [art. 10 sqq.]; V. *append.* D, [art. 2].
11. P. 1403[2] cxvj[4], f° 9 v°, [art. 40] etc.; 20 jun. 1486, P. 1406[2] 636[34]; 9 dec. 1509, P. 520[1] 1596; 20 jun. 1486, P. 1406[2] 636[34].

erant terminatae [1], namque unus erat generalis engolismensis agri metator, immo etiam singuli decempedatores ad locum[2]. Quae cum ita se haberent, omnibus aratione, circum silvas, interdictum erat [3] ; introrsus etiam, diversae silvarum partes sollicite erant finibus terminisque constitutae [4].

Profecto omnes silvae bis in anno quidem inspiciendae erant a magistro gentibusque computorum, qui eum comitarentur delegatis [5] ; semel vero in mense, a viridario et coactore [6].

Servientium autem agitabatur custodia : 1° in eos quibus consuetudine lignum facere concessum erat, utilitatis suae praesertimque calefaciendi causā [7]. Illi enim, quos vocabant, usu praeditos, *usuarios* [8], cum

1. 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 1 v° : « ampres ce que avons fait bonner et limiter tout autour noz forestz de Braconne, Boysne et Romagoux... »

2. *Supra*, p. 102, n° 5.

3. [Art. 39], f° 9 r°, P. 1403[2] cxvj[4] : « prohibons de ne labourer... sur les... bournes desd. forestz... »

4. 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 2 sqq. art. 1 sqq. ; 7 nov. 1491, P. 1410[2] 23.

5. 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj[4], f° 9 v° [art. 40] sqq. ; *append.* D, [art. 24].

6. [Art. 34], P. 1403[2] cxvj[4], f° 8 v°. « Pour la vente dud. boys, lesd. receveur et verdier seront tenuz, une fois le moys, à tout le moins, aller en lad. forest et, s'il advenoit qu'il tumbast grant quantité de boys, à un coup, led. verdier sera tenu en advertir noz officiers... »

7. *Append.* D, [art. 13] ; a° 1491, P. 1410[2] 20[A], f° 8 v° : « s'enssuyvent ceulx qui ont leurs chauffages en la forest de Chizé » ; 22 nov. 1445, P. 516[2] 679 ; 30. apr. 1513 [n. st.] P. 519[1] 1265.

8. A° 1491, P. 1410[2], 20[A], f° 1 r° : « s'enssuyvent ceulx qui ont leur usage en la forest de Chizé... » ; a° 1489, P. 1410[2], 22, f° 3 r°.

ligna capiendi jus non haberent ut venderentur [1], non dubitabat Comes jubere ut viridarius custosque simul domum scrutarentur, consilio, de fraude detecta, postulandi [2]. Nonnullis etiam jus erat pecudes in silvam propellere saginandas, quod *pabulandi* jus vocabatur [3]. Qui autem tali utebantur beneficio a ministris Comitis accipiebant breve quoddam diploma, quo definiebantur accurate jura quibus frui cuique licebat; illud autem breve, postulante serviente, erat exhibendum [4].

2° In « *firmarios* [5] » quorum jura quoque, in brevi terminanda, describebantur [6].

3° In *omne vulgus*, nam crebro delicta fieri solebant [7]; scilicet arma, instrumenta, equi, vehicula in

1. *Append.* D, et P. 1403 cxvj[1]; 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 4 r°, sqq.; [art. 12 sqq.]; f° 7 r°; [art. 29]: « ne pourront prandre boys... que pour leur exploict et usaige seullement sans ce qu'ilz en puissent vendre ne donner.

2. « Lad. année finie ou huit jours par avant ou après, led. verdier et ung desd. gardes pourront, par forme de recherche, visiter les maisons desd. affermez hors la ville et faulxbours d'Angoulesme et du boys qui leur sera trouvé daventage venu et prins de nosd. boys et forestz, oultre la provision de lad. année et deux charretées davantaige, sera faict rapport... » P. 1403[2] cxvj[1], f° 7 v° [art. 29]; *ib.*, f° 3 r°, art. 11; *append.* D, [art. 2].

3. 17 nov. 1445, P. 514[1] 278, 4 dec. 1445, P. 515[1] 448; 18 mai. 1447, P. 515[1] 447; 27 jun. 1453, P. 514, 279; 12 jul. 1488, X[1a] 1495, f° 286 r°; 23 sept. 1476, P. 513[3] 188.

4. *Ibid.*

5. 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 4 r°, [art. 12]; ceulx qui sont affermez a prendre bois de chauffaige ausd. forestz... »; [art. 27], *ib.*, f° 6 v°: « It. afin qu'on puisse congnoistre ceulx qui sont affermez a prendre boys en nosd. forestz... »

6. [Art. 13] 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 4 r°; [art. 31], f° 7 v°; *ib.*: « serant baillez brevetz à chascun des affermez, signetz des mains de ceulx qui auront faitz lesd. fermes... »

7. 15 nov. 1505 « larrecins, degastz, surprinses et autres infiniz abbuz... » P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 1 r°, *ad finem.*

publicum redigebantur, quippe quae mentem darent conjiciendi fore ut praedatores custodibus vi resistere meditarentur aut saltem, ratiocinatione, committere aliquid delicti [1]. Quā de causā reis diem indicebant custodes ad tribunal magistri cui adessent judex, advocatus et procurator [2]; de mulctā vero, lege, pro delictis plerisque, praecautum erat et non ad libita relictum [3].

D. *De venatu.* — Procul dubio, in silvis quidem Comitis, sicut in vivariis ejus (gallice garennes nuncupatis), venari omnibus erat vetitum et custodiae operam dabant servientes [4]. Attamen superior clerus, cum edicta violare non dedignaretur, manifesto quoque teneri poterat, sed mittendi saepe erant ministris custodibus minus mediocres, qui explorarent venantes et in manifestā re deprehenderent; cujusmodi quidem delicta vehementer animum Comitis, offendebant [5]. — Extra vero fines silvarum vivariorumque Comitis, multi nobiles sua quoque ipsorum habebant vivaria; praetereaque in praediis, ad

1. [Art. 25], 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj; quant à ceulx qui... coupperont boys de nuit... ou de jour... avec scyes, ou ceulx qui seront trouvez en armes... confisqueront les charroiz, chevaulx, outilz, harnoys et bastons...; *append.* D, [art. 16].

2. [Art. 10], 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj[1], f° 3 r°; *ib.* [art. 42], f° 9 v°; *append.* D, [art. 25 sqq.]; a° 1506 ad 4 febr. 1508-9, R[1] 295, n° 40, rubr. 1672; supra p. 11, n. 109; 15 jul. 1499. X[1a] 4840, f° 374 v°;

3. 15 nov. 1505, P. 1403[2] cxvj *quater*, f° 3 r° [art. 10]; *ib.*, [art. 14], f° 4 v°, sqq.; *ib.*, [art. 43 sqq.], f° 10 r°; *append.* D, circa initium.

4. 15 nov. 1505, P, 1403[2] cxvj[1], f° 9 r°, [art. 37] «... avons... deffendu à tous... ne chasser èsd. forestz et garennes... ne de porter arbalestes... à peine de perdre lesd. arbalestes et d'estre pugniz d'amendes arbitraires.» *Append.* D, [art. 21].

5. A° 1482, P, 1410[1] 14[13 14]; [6].

censum conductis, jus toto anno venandi vel quibusdam tantum anni temporibus ; quo nihilominus jure frui non omnibus nobilibus contingebat [1]. E contrario, in nonnullis castellaniis, ignobilibus ipsis fas erat venari, adhibitis tamen quibusdam correctionibus de momento, de feris, de instrumentis, etc. [2].

D. *De aquis et piscatu.* — Amnes, sicut et nemora, ex aquarum silvarumque magistro pendebant, qui, semel in anno, Carantonum flumen Tolvoramque debebat inspicere [3], quamvis esset Tolvorae singularis custos. Nempe illis custodiendum erat ut in cataractis molendinorumque emissariis satis latus aquis daretur exitus [4]. Adde quod amnium quoque locabatur usus et quaedam seponebantur loca ad piscinas, ubi sive Comes sive privati viri pisces colerent, tructus inprimis et anguillas [5]. Quae cum ita essent, parcendum erat herbis, in quibus refugium pisces

1. 3 nov. 1445, P. 514[1] 338 ; 17 nov. 1445, P. 514[1] 278 ; 28 nov. 1445, P. 513[2] 109 ; 18 mai. 1477, P, 515[1] 447 ; etc.

2. Ante 1445, P. 1405[2] 563[1], f° xxx ; a° 1466, P 1405[1], n° 352[3], f° 21 v°.

3. 15 nov. 1505, P. 1403[2], n° cxvj[4], f° 10 v°, [art. 45] « led. maistre des eaux et forestz sera tenu en sa personne ou par son lieutenant faire visitacion une foiz l'an par toute la riviere de Toulvre aussi sur la riviere de Charente, tant que comprend nostred. chastellenie d'Engolesme, appellé nosd. avocat, procureur, garde de Toulvre », etc....

4. *Ib.*, f° 12 r°, [art. 54]. « Item et pour ce qu'on dit pluseurs qui ont molins et anguillars sur lad. riviere [de Toulvre] ont cloux ou estroissy, à leurs endroictz, pluseurs des traictes de lad. rivière, tellement que les poissons et basteaux n'y peuvent convenablement monter ne passer,... avons ordonné que chascun, en son endroict, remettra lesd. traictes, à la raison de 12 piedz de large, pour le moins, et à ce seront contraintz... par multacion d'amendes et démolicion de leurs excluses, se mestier est ».

5. 20 nov. 1445, P. 516[2] 679 ; 17 dec. 1480, P. 1405[1] 332 ; etc.

in promptu habebant. — Ideo postulabatur, de commissis in piscando non minus ac venando delictis [1] : praeclusa quidem primum (1495) piscatio, e die Sancti Andreae festi usque ad Pentecosten [2], postea, a° 1505, tantum vetita fuit usque ad Kalendas Martii [3], ut tempus daretur ad frequentenda piscibus flumina. Retia sane cum exemplari edictis regiis [4] prescripto debebant congruere; quare Comes, ne quis id ignoraret, legitimum rete faciendum curaverat, ad exaequandas mensuras propositum, a quo differentia cetera comburebantur [5]. Item omnes lintres, paratae ad piscandum, catenis vinctae, usque ad initam piscationem, serā positā, tenebantur [6]; quod nisi esset, clavi rationum cumputandarum viris commissā, addicebantur in publicum.

Unde pro manifesto habendum est edicta Comitis e fontibus regiorum edictorum hausta esse [7]. — At

1. 20 nov. 1445, [art. 54]. *supra*, n. 4, p. 113.

2. Arch. Cognac, fonds Albert, vol. 72, pp. 11-12; Engolismae, 20 jun. 1495.

3. P. 1403², n°cxvj¹, f° 11 v°, [art. 49] : « deppuis la feste S. André jusques au premier jour de mars... ».

4. Cf. imprimis, art. 72, Ordinat. Parisiis datae, sept. 1402, apud Isambert VII, pp. 39-41.

5. 15 nov. 1505, P. 1403² cxvj¹, f° 10 v° sqq; [art. 46, 47, 49, 50]; « nul ne pourra pescher à engins,.. qui ne sont de maille selon les ordonnances royaulx »... « contre ceulx qui feront le contraire sera procédé par prinse... et combustion de retz ». Arch. Cognac, fonds Albert, vol. 72, pp. 11-13, ordinat. comitis et comitissae, 1495 et 1497.

6. *Ib.*, f° 11, [art. 51, 52] : « atachez tous soubz une clef ou deux... laq. clef ou clefz seront apportées par devers les gens de noz Comptes ».

7. Cf. ordin. sept. 1402, Isamb. VII, 19, sqq. art. 1-7, 29, 62, 66, 71, 72, 75 etc. *passim*; ord. jul. 1376, Isamb. V, 456 sqq. art. 5, 15, 30, 34, 35, 40 etc.

saltem videre est Comitem suis edictis, ad agriculturam spectantibus, arbores, pisces ferasque suscepisse tuenda et fortasse magis, ut tunc aiebant[1], quam ipsos homines; correctiones vero adhibitas libertati non auctoribus regibus vel comitibus esse ortas liquet, sed haec omnia publicis in feudorum constitutione moribus.

§ V. — De operosis artibus.

Artes operosae potissimum frugibus agriculturae fabricandis laborem consumebant, quibus tamen, in engolismensi tractu, sicut alibi, non quoque deerant impedimenta. Nempe frequentes erant molae ad communem usum denuntiatae[2]; atqui subditus domini, quācumque jurisdictione praediti, praedium incolens, non habebat licentiam molendi alio loco frumenti, dum id modo dominus, sextā decimā parte, pro pisturae praemio detractā, intra quatuor et viginti horas redderet[3].

Non tamen nulla erant pistrina nisi communia, sed etiam molae versabantur « ad secandum serrā lignum[4] »,

1. *Journal de Masselin*, Doc. Inédits, États Génér. 1484, p. 667 : « les bestes plus franches que les hommes ».

2. Engolism. consuetud. apud Bourdot de Richeb. *Nouv. Cout. gén.* IV, pp. 842-843, art. 29 sqq. ; — « Par la coustume du pays et comté d'Angoulmois, celuy qui a fief tenu noblement, avecq. jurisdiction exercée, peut entretenir ou de nouvel ériger, en sad. jurisdiction, four et moulin banniers... » ; 8 febr. 1475-6, P. 1404[2], n° 244.

3. Engol. consuet., *op. laudat.* art. 29-31 ; « le sgr ayant moulin bannier est tenu faire mouldre le blé de ses hommes dedans 24 heures... », art. 30.

4. 5 mai. 1460, « molin... à scier tables », P. 516[1] 603 *ter*,[1-3] ; 8 febr. 1475-6, P. 1404[2], n° 244.

« ad pannos fabricandos [1] », « ad molendum corticem [2] ». Quaedam rotis duobus ciebantur molae [3] quarum alias aqua [4], alias ventus movebat [5]. Scilicet castellaniis Engolismae [6], Compiniaco [7], Merpisio [8], Botavillae [9], Sanctae Eulaliae [10] et Castro-Novo [11] suppeditabant tales molae.

Praeterea furni communes quibus, molita in pistrinis, farina coquebatur, in vico domini obviam esse debebant, ut homines jurisdictionis haud nobiles eorum servituti subigerentur [12]. Accedit quod satis multae erant officinae

1. « molin drapier », in castell. Compin. 9 jun. 1441, P. 1405² 497; 13 nov. 1445, P. 514² 417; 6 jul. 1447, *ib.* 418; a° 1475, Lievre, p. 101, *Bullet. soc. arch... Charente*, 1881; 8 febr. 1475-6, P. 1404², n° 244; 11 octob. 1476, P. 514², 421 : « duo molendina mea pannorum ».

2. « molins... à blé, à draps, à tan ou à scyer boys », 14 febr. 1475-6, P. 1404², n° 245.

3. 4 jul. 1470, P. 514¹ 317; 4 mai. 1491, P. 1405¹346 : « place pour faire construire... moulins à blé jusques à deux rouhes ».

4. 30 mai. 1441, P. 1405² 479; 7 jun. 1441, *ib.*, 461; 4 dec. 1445, P. 516¹ 605; 6 jul. 1447, P. 514² 418; 5 mai. 1460, P. 516 603*ter*¹-⁵, f° 5 v°; 10 jan. 1464-5, Arch. Charente, fonds S. Ausone, 12° fasciculo; 11 oct. 1476, P. 514² 421, etc.

5. 8 jun. 1441, castell. Compin., P. 1405² 439; *ib.* 438; 19 mart. 1447-8, *ib.* 564; 23 jun. 1475, P. 512² 566 et 567.

6. 10 jan. 1464-5, Arch. Charente, fonds S. Ausone, 12° fasciculo; 11 octob. 1476, P. 513³ 204.

7. 30 mai. 1441, P. 1405² 479; 7 jun. 1441, *ib.* 529; *ib.* 435; *ib.* 439, 8 jun. 1441; *ib.* 438; 9 jun. 1441, *ib.* 497; 28 oct. 1445, P. 515² 568.

8. 4 dec. 1445, P. 516¹ 605.

9. 4 jul. 1470, P. 514¹ 317; 23 jun. 1475, P. 512² 566 et 567.

10. 22 august. 1485, P. 513¹ 39.

11. 13 nov. 1445, P. 514² 417; 6 jul. 1447, *ib.* 418; 11 octob. 1476, P. 514² 421; 3 jun. 1481, P. 1404², n° 241; 19 sept. 1497, P. 514² 412.

12. Consuet. Engol. *op. laudat.*, art. 29; 7 jun. 1441, P. 1405² 509; 5 jul. 1446, *ib.* 567²ᴮ; 22 august. 1485, P. 513¹ 39; 5 nov. 1505, P. 512² 581; 19 jul. 1506, *ib.* 533.

coriariae, praesertim in castellaniā Compiniacensi [1]. Aliunde Comes curabat suas defendere silvas a carbonariis ligna concoquentibus [2]. Denique exercebantur lapicidinae [3], gypsi fodinae [4], calcariae [5], vitreorum officinae [6], tegularum fabricae [7], fornacesque ferrariorum fabrorum [8].

In urbibus saltem multarum artium in corpora aggregabantur artifices [9], imprimis pistores et lanii [10] : quibus, ut ad magistrorum dignitatem pervenirent, in engolismensi tractu, sicut in reliquo regno, percurrendum erat tirocinium, satisfaciendum operi perfecto, pendendumque magistris pristinis vectigal [11]. Regi quidem, cum novum inchoaret imperium, tribuebatur privilegium creandi, sine ullā controversiā, unius magistri cujusque corporis, in engolismensi provinciā [12], pariter ac in dominio

1. 6 jun. 1441, castell. Compin. P. 1405², n° 514; 7 jun. 1441, *ib.*, n° 467 ; 7 jun. 1441, *ib.* 461 ; 509; 544; 10 jun.; *ib.* 556, 19 jul.; 30 jul. 1470, P. 516² 645; 1512-3, 14 januar. *ib.* 622.

2. 22 jan. 1460-1, P. 516¹ 603 *ter* (5); 9 sept. 1491, P. 1410² 20ᵇ, f° 4 v° [art. 19].

3. 6 august. 1508 et sept. 1510, Archives de Cognac, *Computa*, t. I, f° 84 v°, 86 r° etc.

4. 20 octob. 1476, in castellaniā Compin., P. 515² 539 ; cf. 14 januar. 1512-3, *ib.* 622.

5. 6 august. 1500-1510. Arch. Cognac, *Computa*, t. I, 84 r°, 87, etc.

6. 5 nov. 1505, P. 512² 581, linea 13ᵃ.

7. 28 oct. 1445, cast. Compin. P. 515² 568 ; 20 oct. 1476, P. 515² 539; 14 januar. 1512-3, P. 516¹ 622.

8. 26 nov. 1460, P. 516¹ 603 *ter* (3), f° 8 r° ; 23 jun. 1475, P. 512² 566 et 567; 25 octob. 1476, P. 515¹ 445; 19 jul. 1506, P. 515² 533.

9. 28 mai. 1500, Arch. Cognac, *fonds Albert*, n. 32, f° 402 r°, 403 r°; 19 jul. 1506, P. 515² 533; cf. 532.

10. 4 febr. 1460-1, Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 32, f° 395; 20 apr. 1485 [n. st.], *ib.*, f° 400 v°-401 v°.

11. A° 1515, Arch. nat., K 81, n° 10; cf. n° 17.

12. 25 oct. 1515, Arch. nat., K 81, n° 10, cf. 17.

regali. Talem sine dubio magistratum Franciscus primus matri mandavit Ludovicae Sabaudae, quae illo frui potuit, praesertim quamque suorum dominiorum urbem ingressura [1]. Comites vero, tempore solito, jusjurandum exigebant a novis magistris [2], caventesque ne horum numerus excederetur [3], tributum etiam pecuniae accipiebant ab illis qui, in hanc collegii dignitatem, erant cooptati [4].

Tum sane potissimum consulebatur utilitati quam emptores capiebant ex intentiore curā quā magistri et, si opus esset, ipsi Comites fabricatas merces asservabant. Nihilominus quando collegium postulabat ut sua redintegrarentur privilegia, magis confidebat si a Rege potius quam a Comite immunitas confirmaretur [5].

§ VI. — De commercio.

Fruges vero terrae, sive operosis artibus fabrefactae, sive non, mercaturae causā, trans varias regiones vehebantur, nec quidem sine moris quae memoriam revocant ad agriculturae artiumque operosarum impedimenta. Praesertim, de frumento, ligno, vino, pannis, sale autem commercium exercebatur [6].

1. 25 oct. 1515; cf. 12 febr. 1514-5, pro Carolo, Alençonio duce, K 80, n° 10.
2. 4 febr. 1460-1, Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 32, f° 395 sqq.; 20 apr. 1485, [n. st.] *ib.* f° 400 v° sqq.
3. *Ibid.*
4. *Ibid.*
5. Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 32, f° 399 v°-400 v°.
6. « C'est le rivauge de Coingnac : tonnel de vin, 5 den.; muy de vin, 2 den.; troussel de draps, 4 den.; muy de blat, 2 den., etc. P. 1404², n° 270. c., f° 5 v°; 4 oct. 1445, « marchandises

A. *De viis.* — Profecto non deerant viae quibus vectura fieret; namque iter saepe agros agellosve ipsos praetexebat [1]. Tunc etiam magnae praesto erant viae quo parva itinera, quasi influentia, conveniebant; inter quas tamen viae distinguebantur « castellanae [2] ». Perincommode autem, accidebat quod omnia haec itinera, sicuti tunc fere ubivis in Galliā [3], male reficiebantur; quare viatores, mercimoniis profundo limo haustis [4], viā, ad transitum iniquā, deflectebant. Hāc de causā, Comites, cum curandam haberent dominorum incuriam castellanorum, quorum in dominiis patebant viae, bona eorum publicabant [5]. Immo, si res ita postularet, ut magnae viae solido constituerentur aggere silicibusque sternerentur, Comes partem sumptuum solvendam Municipiis deferebat [6].

Pariter lignei pontes tutelā erant sustinendi [7], itemque

au long de la Charante, comme draptz, blé, vin, poisson, boys... » P. 1406[1] 601[15]; — mai. 1497, « au travers la furne du pont de Xaintes, par où descendent les gabarres chargées de blé, vin, sel,... Bibl. nat., *Fr.* 8815, f° 15 r°; 16 jul. 1410, P. 513[3] 165.

1. P. 513, sqq. *passim.* P. 514[1] 317; 4 jul. 1470; *ib.* 243, 13 nov. 1445; etc. 9 mart. 1508-9 et 28 januar. 1515-6 « chemyn... tout environné de terriers... » Arch. Charente H. *Cartul. H. Beati Eparchii*, n°s 53 et 54.

2. A° 1477, P. 1404[1] 138, f° 5 v°.

3. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, lib. III, cap. II. pp. 289-292.

4. 16 dec. 1477 : « personne n'y puet passer et, puis certain temps, plusieurs personnes et marchandises se sont perdues en la riviere d'icellui lieu de Montberon ». Arch. Charente [E 45 et 49].

5. 20 octob. 1479, P, 515[2] 546.

6. 9 apr. 1505, [n. st.] Arch. Angoul., BB 1, f° 146 r°.

7. 28 sept. 1491, Arch. Cognac, *Computa*, t. I; 1496, *ib.*, 13 nov. 1445, P. 514[1] 243.

Compiniaci, saltem lapidei, quibus reficiendis Comites Regem sibi socium adsciverunt [1]. Forte tamen accidebat ut, quibusdam pontibus, in formam tabulae, unum pedem tantum latae, deminutis [2], oporteret amnes transire in lintribus [3]. Interdum quoque secundo amnium flumini erant impedimento cataractae et septa molarum [4] : insuper Carantonum flumen, anno 1472, ab Engolismā usque ad Castellum-Novum, arboribus obstruebatur. Quod ita comparare ut navigia pateretur cum Rex decrevisset, comitissa tutrix, consilio decreta regia efficiendi, propterea jussit senescallum, legatum, assessorem, procuratorem, coactoremque curare ut domini fluminis accolae, suorum operā vassallorum, illa auferrent impedimenta [5].

B. *De portoriis.* — Portoria, olim imposita in aquatilibus terrestribusque viis [6], ut viarum praecaveretur refectioni, saepe, in engolismensi tractu, sicut aliis regni partibus [7], exigebantur pro utilitate domini, rei nummariae causā, adversus commoda viatorum. Quo in casu, portorium capiebat Comes, etiam si dominus

1. Arch. Cognac, *Computa*, 28 sept. 1491 et 13 dec. 1498, t. I; jul. 1512, t. V, f° 61 r°; jul. 1513, *ib.*, 67 r°, etc.

2. 20 octob. 1479, P. 515² 546; 20 nov. 1445 « quant advient ... superfluité d'eues et ay mis... la nef à mon port de Javarsac, je puis ouster toutes les planches sur lesquelles l'on passe... excepté une planche tant seulement d'un piet de large et lors doivent aller passer à la nef de mond. port de Javarsac ». P 516² 679 : Hic agitur de Javrezac, c^on^ Compiniaci.

3. 20 nov. 1445, P. 516² 679.

4. Compiniaci, 17 sept. 1472, Arch. Angoulême, AA 7, f° 19 v°, 20 r°.

5. 17 sept. 1472, Arch. Angoulême, AA. 7, f° 19 v°, 20 r°.

6. Qui altā fruebantur Justiciā, saepius portoriorum jure instituendorum utebantur : a° 1471, P. 1410 939, f°s 3 et 4.

7. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, p. 289.

portitor apud Regem reclamaret [1]. Quippe, omnibus fere passibus, in engolismensi provinciā, pariter ac in toto regno, portoria ista negotiationem morabantur, in castellaniis praesertim sequentibus : Engolismensi [2], Albaterrenā [3], Botavillari [4], Castro-Novo [5], Compiniacensi [6], Jarnacensi [7], Merpisiā [8], Montemaurellensi [9], Roffiacā [10], Turre-Albā [11], Vertoliā [12]. Namque catenis, si res ita ferret, intercludebantur amnes [13], immo, quibusdam locis, viri mulieresque, praesertim praegnantes [14], portorio solvendo subjiciebantur, haud minus ac ipsae merces [15]. Attamen

1. [Arch. Charente E 45; 49]; cf. 9 apr. [1505, n. st.], Arch. Angoulême, BB 1, f° 146.

2. A° 1463, P. 1405[2] 304; 1 octob. 1466, Arch. Angoulême AA 7, f° 18 v°-19 v°; 9 august. 1470, P. 513[3] 222; 5 mart. 1493-4, P. 514[1] 257; P. 1410[2] 14[5]; 18 oct. 1510, Arch. Angoulême, BB 1, f° 251 v°.

3. 24 sept. 1476, P. 513[1] 19.

4. 3 nov. 1445, P. 514[1] 338; 13 jul. 1504, P. 514[2] 345.

5. 12 nov. 1445, P. 515[1] 443; 19 sept. 1497, P. 514[2] 412; a° 1498, P. 1403[2], n° 83, f° 26 r°; 22 nov. 1509-10, Arch. Angoulême, BB 1, f° 225; 19 sept. 1497, P. 514[2] 412.

6. 1 dec. 1445, P. 516[2] 669; 21 jul. 1458, P. 515[2] 552; 13 dec. 1471, P. 515[2] 547; 16 mart. 1514, P. 516[2] 671.

7. 24 mai. 1436, P. 516[2] 714; P. 1406[2] 637[9], f° 1 v°.

8. 4 octob. 1445, P. 1406[1] 601[15]; 4 dec. 1445, P. 515[2] 594.

9. 22 mart. 1470-1, P. 1406[1] 613.

10. 24 apr. 1450, P. 513[1] 58; 10 apr. 1465, [n. st.] P. 513[1] 68; 10 sept. 1476, P. 513[1] 60.

11. 1 mai. 1474, P. 513[1] 18.

12. 13 mart. 1453, Lièvre, *Bulletin Soc. Arch. Charente*, 1881, p. 72; 20 octob. 1476, P. 513[1] 4.

13. A° 1497, *Fr.* 8815, f° 15 r° « la chayne... au travers la furne du Pont de Xaintes »; — a° 1515, « pour la façon et fer d'une chiesne avé son engin ce poisant 429 liv. de fer, lad. chiesne mise en l'arçau dud. pont [Compiniaci] où passent les gabarres... » Arch. Cognac, t. V, f° 77 r°. *Computa.*

14. « Mulierum in partu jacencium... » 16 jul. 1410, P. 513[3] 165.

15. *Ibid.*

nobiles, in engolismensi tractu, ipsi, cum bonis suis, portorio immunes erant [1].

C. *De mercatibus et nundinis.* — Mercatus et nundinae quo, non obstantibus asperis itineribus et portoriis, res venales afferebantur comitatae, in diversis castellaniis, temporibus quidem certis, habebantur; novos vero mercatus at saltem novas nundinas constituere arduum erat, cumque ad id non visus sit suppetere Comes [2], inde necessitas obveniebat ut Regis auctoritas interveniret. Nempe mercatus nundinasque ejusmodi videmus in effectu intra fines castellaniarum Engolismensis [3], Botavillaris [4], Castri-Novi [5], Montignacensis [6] et Roffiacae [7]. Multis quidem in regni partibus, erat cujusque castellani jus fori venalis [8]. Sed, in engolismensi provinciā, jus illud non expresso verbo inter jura dominorum castellanorum pronuntiatur; interdum tamen, ex confesso,

1. 11 sept. 1475, « les nobles de la comté d'Angoulême ont accoutumé d'être exempts de péages,... et autres coustumes rousturières », P. 1404[1], n° 137[A], f° 2 r°.

2. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, pp. 296 et ss ; 437 ; L. III. Babinet de Rencogne, *Bullet. soc. Arch... Charente*, 1876, pp. 297 et ss. ; sept. 1503 ; 12 nov. 1503, Arch. Angoulême AA 4 ; litterae Caroli VIII, 1493 ; Lièvre, *Bullet. cit.*, 1881, p. 67 ; cf. Januar, 1498-9, JJ. 161 r° et v°. Jure instituendarum nundinarum frui comes aliquando videtur ; utputa, a° 1487, P. 1404[1], n° 151.

3. Corlieu (Fr. de), *Recueil en forme d'histoire de ce qui se trevve par escrit de la ville et des comtes d'Engolesme...* Angoul., 2e édit., p. 116 ; et 12 nov. 1503, Arch. Angoul. AA 4 ; 20 octob. 1476, P. 515[2] 539.

4. 3 nov. 1445, P. 514[1] 338.

5. A° 1498, P. 1403[2], n° 83, f° 26 r°.

6. Lièvre, *Bullet. soc... Charente cit.*, 1881, p. 67.

7. 10 apr. 1465, [n. st.], P. 513[1] 68 ; 10 sept. 1476, *ib.* 60.

8. *Vide* thesim nostram gallice scriptam, lib. III, cap. II et V.

conceditur ipsi domino, mediā tantum jurisdictione praedito [1].

D. *De mensuris.* — His autem in mercatibus et nundinis, non usurpabatur una toti regioni communis mensura, sicut, in inferiori Pictavorum agro, Engolismensi proximo, usus postulaverat unam, — sed diversae adhibebantur, aliae in aliis castellaniis mensurae, scilicet Arciaci [2], Botavillae [3], Chabannaei [4], Castri-Novi [5], Compiniaci [6], Confluentiae [7], Merpisii [8], Rupis-Fucaldi [9] et Roffiaci [10]. Immo etiam, non una habebatur, in quibusdam castellaniis, mensura; sic in castellaniā Laubertiā [11], non adeo tamen porrectā, multi mensurā « Chantrezac [12] » etiam utebantur itemque mensurā « Hautiersac » quidam [13], in castellaniā Confluentiā, ut videtur, vel Chabannaeā. Ceterum jus « mensurarum exigendarum », scilicet tradendi mensuras ad vendendum, institoris modo, oleum, vinum etc., domino mediā jurisdictione praedito

1. A° 1487, P. 1404[1] 151 ; cf. 15 oct. 1451, P. 513[1] 54 ; 17 mai. 1469, P. 513[2] 77 ; 30 octob. 1475, P. 513[1] 55.
2. 13 nov. 1445, P. 514[1] 243.
3. A° 1489, P. 1404[1], n° 166 *ter*; a° 1401, P. 516[1] 602.
4. Circa 1475, Arch. Charente E 196, f° 119 r°.
5. A° 1339, P. 1404[1], n° 143[A], f° 6 v° ; 22 apr. 1485, post Pasch. P. 515[1] 453 ; a° 1489, P. 1404[1], n° 166 *ter*.
6. [xv° saeculo], P. 1405[2] 566[3] ; 12 jul. 1470, P. 515[2], n° 525 ; 8 febr. 1475-6, P. 1404[2], n° 244 ; a 1529 ad 1547, circiter, Arch. Cognac, *Cartul.* f° 6 v° ; 39 r° ; Marvaud, *Hist. Cognac*, II, p. 423.
7. 6 dec. 1475, Arch. Charente E 196.
8. A° 1470, P. 515[2] 525.
9. 1358-9, P. 1405[1], n° 352[9] B, f° 2 r°.
10. 10 sept. 1476, P. 513[1] 60.
11. 7 dec. 1475, Arch. Charente, E. 196, f° 107.
12. C^on^ S. Clodoaldo, arr. Confluentiā. *Ibid.*
13. *Ibid.*; in parochiā la Peyrusé, arr. Confluentiā, c^on^ Chabannaeo.

penitus erat permissum [1] et a fortiori omnibus dominis superioribus, ut castellanis altae jurisdictione praeditis. Unde jam tunc animo percipitur quam multimodae fuerint mensurae. — Nec raro, in diversis parochiis, inveniuntur publicae staterae [2] et machinae ad onera sublevanda [3].

E. *De vectigalibus e rebus venditis.* — Vectigalia etiam rebus venditis imposita mercaturae novo erant impedimento. E quibus multa in feudum erant conversa; scilicet vectigalia e caepis, ex alliis, demenso frumento, porcorum lumbulis, piscibus, lacte, sale, fictilibus, scutellis, ferramentis mercibus, sutoriis [4], etc. Etenim dux Aurelianensis, tutorio Comitis nomine, anno 1443, incolis Compiniaci concesserat ut etiam quinque solidos in singulas libras praeciperent, ex omnibus rebus, praeter cibaria, Compiniaci venditis [5]. Quinimmo meretrices, quae sese cuilibet pervulgabant, ita componebantur ut ipsae tributum, e quaestibus, solverent [6].

F. *De portu Salnerio Compiniaci* [7]. — Alia tamen erat

1. Engolism. Consuetud. art. 9, apud Bourdot de Richebourg, *Nouv. Cout. gén.*, IV, 841 ; a° 1349, P. 513³ 167 *bis* ; 26 jun. 1442, P. 515¹ 456 ; 457 ; 458; 17 nov. 1445, P. 514¹ 278; 2 dec. 1445, P. 515, 575; 12 sept. 1476, P. 515² 577.

2. Circa 1450, P. 1405² 566¹⁷.

3. 2 dec. 1445, P. 515, 575 ; 12 sept. 1476, P. 515² 577.

4. 13 nov. 1445, P. 516² 649; P. 513³, 166 *bis* et 171 ; 4 dec. 1445, P. 515² 584 ; 27 jun. 1453, P. 514 279 ; 22 jun. 1457, P. 513² 125; 10 jul. 1463, P. 513³ 199 ; 8 aug. 1470, P. 515² 587; 16 mart. 1475-6, Arch. Charente H, *Cartul. JJ Beati Eparchii*, n° 55 ; a° 1489, P. 1405¹ 317; 18 sept. 1497, P. 513³ 227; a° 1514, Arch. Charente, G, *Episcopatus engolism.* Computa.

5. Mai. 1443, Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 33, p. 6.

6. 13 nov. 1445, « quatre deniers de chascune famme légière de son corps... » P. 513³-166 *bis* et 171.

7. *Vide*, in *append.* E.

commercii novitas, in engolismensi tractu, qui propriam sibi habebat, apud Compiniaci portum, salis mercaturam.

Salis enim commeatus, ex littore et insulis santonicis [1], convehebantur in diversas regiones, praesertim ad Engolismenses, Pictavos, Petrocorios, Lemovices, Marchiones, Arvernos, immo usque ad Bituriges [2]. Quibus in regionibus, praeterquam in Pictaviensi, medio seculo quintodecimo, ex annonā salariā venditā non solvebatur vectigal [3].

Atqui, inter illas plerasque provincias et locum unde expediebantur commeatus, Carantonus interfluebat. Nimirum, portui Talliaburgo, super Carantonum, non longe satis a mari posito portuique S^to^ Joanne Angeriaco, super Botanam, sane amniculum, Compiniacum antecellebat utpote propius ab interioribus provinciis, ac secundo nihilominus portu praeditum, siquidem maritimus usque illuc aestus accedebat [4]. Insuper his loci opportunitatibus, sic naturā comparatis, addebantur privilegia, ortu historica. Sal enim si venderetur in portibus Talliaburgo et S. Joanne Angeriaco, quartae partis pensitabat vectigal, nec omnino vendi poterat in portu Santonum, inter Talliaburgum et Compiniacum posito [5]. Nam denique omnis salaria navis, adverso flumine Carantono subvecta, postquam superaverat, juxta pontem Talliaburgi, locum fossamve cui nomen « L'estier Saintonger », consuetudine cogebatur usque Compiniacum venire [6]; quod nisi

1. P.1406[1], n° 594[13]; n° 572; 577; n° 568 *bis*; n°s 601 et 601[9].
2. P.1406[1] 577 [circa 1481-1491] : « Angoumois, Périgort, Limosin, la Marche, Berry, Auvergne, Haut et Franc aleu, Combraille... »
3. P. 1406[1], n° 594[13]; n° 568 *bis*; P. 1404[2] 210.
4. Marvaud, *Études historiques sur... Cognac*, 1860, I, 278.
5. P. 1404[2] 267; *append.* E [4].
6. Vide *append.* E [4 et 5], et P. 1404[1] 178.

esset, senescallus engolismensis sal publicandum pronuntiabat [1]. Quapropter, omne sal vendibile, nullo vectigali soluto, Compiniacum conveniebat ex littore; unde, si primus certe, quasi de fonte, adducebatur commeatus, saltem, Compiniaci ex emporio [2], secundus exibat.

Comites igitur engolismenses nequiverant animo imperare quin vectigali annonam salariam onerarent : primum quartā parte, Regis instar [3]; postea tantum quintā, a Joanne Comite [4] (1445-1467); sed, etiam incluso vectigali, sal Compiniaci venditum, utpote vicinius Petrocoriis, Lemovicibus, Arvernis, minore constabat pretio quam in Santonicā emptum regione.

Ergo inde magnos ceperant fructus qui, ut abalienarentur, erant distributi inter septenas partes, quarum unaquaeque, in duodenas uncias vel particulas duodecimas divisa (gallice douzains), rursus in sextam, duodecimam, vicesimam partem minute digerebatur [5]. Atqui, medio seculo quintodecimo, uncia vel duodecima particula, formali pretio, perinde ac centum solidi turonenses

1. P. 1406[1], n° 601[6]; Marvaud, Cognac, *cit.*, I, p. 138-9; *append.* I, n° 571 [5], *ad fin.*

2. P. 1406[1] 577.

3. V. *append.* E [4 et 5]; P. 1406[1] 604; *vide* notam sequentem.

4. P. 1406[1] 568 *bis*, P. 1404[2] 210. « *Quart* converty en *quint* », P. 1406[1] 601; in *appendice*, n° E [4], a° 1434, nondum de *quinta* sed de *quarta* parte dicitur.

5. P. 1404[2] 270, codice 2 et 3; « Cy ainpres c'ensuyt comme la part des parçonniers de lad. coustume du Port Saulnier, qui est dix parties et demi, est divisée à ung chascun desd. parçonniers : Assavoir est que chascune partie vault 12 douzens et la moictié de lad. partie vaut 6 douzains, et le quart vault 3 douzens qui se divisent ainsi que s'ensuit, c'est assavoir que de 10 liv. 10 sous vault la partie 20 sous: item de 21 liv. vault la partie 40 s. etc. Item est assavoir que, quant la partie vault six deniers, le douzein vault obole... », P. 1404[1] 171 172; 181.

reditûs, in singulos annos, valebat [1]. Jam, ante Joannem Engolismensem, Comites dimidium circiter harum ter septenarum partium mancipaverant, sive decem partes et dimidiam unam [2], incolis urbium Compiniaci, Mediolani Santonum, Rupellae, S. Joannis Angeriaci, Pontii et Bassaci [3], qui « participes », gallice « parçonniers », quinti vocabantur et, penso quodam tributo, hommagium Comiti praestabant [4]. At Comites, ab anno 1445 ad annum 1515, et, post eos, Ludovica Sabauda fere omnes illas redemerunt partes [5], quas abalienari non posse, tanquam ex apanamento, jam abhinc secundo quintidecimî seculi dimidio, declaraverant [6].

Comites autem, simul ac participes, suam vicem quatuor praepositis demandabant hereditariis [7], quibus, ex

1. P. 1404[1] 171.

2. « Et de toute la revenue d'icelle coustume led. sgr [comte d'Angoul.] prant tout seul de son droit la moictié, sauve la unziesme partie d'icelle moictié, que les prevostz dud. port prennent; par lequel unzain ou unziesme partie, lesd. prevostz sont tenuz paier chacun an 4 chappons... », P. 1404[2] 270, cod. 2.

3. Quorum quidem participum indicem habemus, nominumque, si placebit, legendorum cuilibet nostrum facultas erit, anno saltem 1440, P. 1404[2] 270, codice 2 : « C'est le rolle du port Saulnier de Coingnac... : Me Jehan Negrier, Jehanne Clémence, Mathe Foulchère », etc.

4. P. 1404[2] 270, codicibus 2 et 3, « sont tenuz lesd. parçonniers paier aud. sgr [le comte] ung pallefroy, aprécié à xxv liv., à muance de seigneur ».

5. Praesertim ab anno 1483 : 1483, 7 apr. P. 1404[2] 285; 1484, 25 apr., P. 1405[1], n° 292; 24 jul., P. 1404[2] 290; 19 sept., P. 1405[1], n° 291 ; a° 1487 : 5 febr., P. 1404[2], n° 288; a° 1488, 27 jan. P. 1405[1], n° 293; a° 1490, 16 jan., P. 1404[2], n° 283; 12 febr. *ib.*, 286; 3 octob. *ib.*, n° 287; etc., etc.

6. A Carolo comite, ante 1494, P. 1404[1] 172, f° 7 v° : « droiz... inaliénables comme tenuz en appanage et droit de parrie du roy ».

7. P. 1404[2] 270, codice 3.

parte Comitis, erat stipendum [1]; hoc munere fungi licebat etiam feminis [2]. Sed primum participibus erant operam navaturi: *clericus coactor*, ab eis lectus, probatus quidem a Comite et ab engolismensi senescallo institutus [3]; postea *contrascriptor* coactori adjunctus [4]; denique *mensores*, a praepositis cooptandi [5]. Nempe, de mercaturā salis, controversiae disceptabantur ante tribunal a judice occupatum et a praepositis institutum, ad quod clericus ipse coactor jurgia referebat [6].

Itaque singuli mercatores, qui Compiniacum navem, sale onustam, adducebant, jurejurando declarabant quantum salis haberent [7] et, quintā parte solutā [8], breve quoddam accipiebant, traditum a contrascriptore et a

1. P. 1404² 270, codice 3 et *supra*, p. 127, n. 2.
2. P. 1404¹ 181; 171; 172; a° 1440, praepositus vel praeposita erat « Mathe Foulchiere », P. 1404² 270, cod. 2, *supra*, n. 7.
3. P. 1404¹ 172.
4. P. 1404¹ 171 *bis*, f° 1 r°; cf. 25 jun. 1472, P. 1404², n° 269.
5. A° 1440. « Sont tenuz lesdiz prevostz mettre et ordonner mesureurs bons et suffisans pour mesurer ladicte seel et faire adjournemens et autres exploiz de justice... » P. 1404², n° 270.
6. P. 1404² 270, codice 2; « juge... sur les debatz... entre les marchans et maliniers touchans leurs marchandises de sel...; et sont tenuz lesd. prevostz poursuir tous empeschements... sur la coustume, rivaige, péaige... touchans les droiz dud. port Saulnier, [survenus] aux despens des parconniers, touteffois qu'ilz en seront suffisamment requis par le clerc de lad. coustume. » A° 1440; — a° 1491, ordinatio comitis : « Item, que de toutes et chascune les doléances, questions et debatz, que lesdiz marchans pourront avoir l'un envers l'autre, aussi les marchands estrangiers ou les autres officiers, à cause dud. sel... led. prevost et conservateur pourverra... scelon noz ordonnances et comme il a esté fait et acoustumé par cy devant ». P. 1404¹, clxxj *bis*, f° 2 v°; 12 jun. 1444 « la court du port Saulnier... : aujourd'ui Micheau Fournier demandeurs... » (sequitur sentencia).
7. P. 1404¹ 270, etc.
8. *Ibid.*

coactore subscriptum, quod declarationem simul et accepti liberationem commemoraret [1]. — Tum demum mercatori sal exponere licebat in horreis quae propria sibi possidebat [2] aut saltem habebat conducta [3]. Neu vero plus ibi salis deponeretnr quam quod declaratum erat, fraudis praepediendae causā, circiter ab anno 1491, praepositus contrascriptor coactorque, circa Pentecosten, salinas inspiciebant [4]. Neque ullus conducendi salinas extra Compiniacum licentiam dare poterat nisi coactor, consentientibus advocato, procuratore, Compiniaci centurione et praepositis [5].

Sal autem, in salinis venditum, admetiebantur modiis

1. P 1404[2] 210 ; P. 1404[1] 171 *bis*. f° 1 r°, a° 1491 : « Pour savoir la vente... a esté ordonné que les marchans, aians vendu led. sel, viendroient ou envoieroient par devers lesd. contrerolleur et receveurs, en ung lieu ordonné, pour recouvrer les *brevetz* du numbre dud. sel, vendu et détaillé, et qui se doyvra transporter hors des limites dud. port. Et lesquelz *brevetz* seront ampliz dud. numbre et marques, aux armes de mondit sgr, du marc acoustumé, par led. contrerolleur et signé de la main dud. receveur. Item, lesq. brevetz seront delivrez par led. receveur ou son commis, en recevant et faisant par led. receveur recepte du droit de mesurage... »... « en feront registres... lesquels, par chacun lundi,... feront commuuiquer aud. prevost... par lesd. contrerolleur... et receveur ».

2. P. 1406[1] 581.

3. P. 1405[2], *passim* ; P. 1404[1] 178.

4. P. 1404[1] 171 *bis*, ultimo codice. « A esté ordonné que, par ung chascun an, environ la feste de Panthecouste, huit jours avant ou huit jours après que (sic), aud. (sic) prevost et conservateur, appellez lesd. contrerolleur et receveurs, sera faicte ouverture par lesd. marchands de leurs greniers et sallines, pour, leur serement preallablement fait et receu par led. prevost, es présences des dessusd. d'avoir deuement satisffait le droit de quint,... faire... visitacion... de leur sel ».

5. P. 1404[1] 178 ; Marvaud, *Cognac* I ; P. 1404[1] 171 *bis*, f° 1 r°, 1491, 4 august.

ad Comitis arma signatis [1] necnon probatis a contrascriptore, coactore, et praepositis [2]. Emptor vero, coram duobus delegatis participibus, numerato praesentem unum denarium, in singulas jumenti sarcinas, decem vero denarios, in singulas vehes, solvebat [3].

Porro, singulis hebdomadibus, mensores coactori contrascriptorique dabant rationem rerum in hebdomade venditarum quae, in codice inscriptae, cum brevibus conferebantur [4]. Denique, singulis mensibus, pecunia, pro quinto, pro mensione, aliisque minutis vectigalibus exacta, in comitem et participes distribuebatur [5].

Attamen, die vicesimā nonā decembris anno 1530, cum omnes unciae (duodecimae scilicet partes), a Comitibus vel a ducissā Engolismensi essent redemptae, argentaria portûs salnerii coactio coactori ordinario castellaniae Compiniacensi commissa fuit tribunalque judicis modo

1. 4 august. 1491, P. 1404[1] 171 *bis*, f° 1 r° : « à la mesure et boisseaulx, lesquelz auparavant seront adjustés et marcqués aux armes de mondit sgr [le comte d'Angoul.], par lesd. prévost contrerolleur et receveur ou deux d'iceulx ».

2. *Ibid.*

3. P, 1404[1] 171, ultimo codice ; et 172.

4. P. 1404[2] 270, codice 2 : « Sont tenuz iceulx mesureurs, par chascune sepmaine, aller devers led. clerc, pour raporter la vente que chascun marchant aura faict et vendu en lad. sepmaine et thailler le numbre de lad. seel avecq. lesd. marchans ; laq. thaille sera double, dont led. clerc aura l'une d'icelle et les marchans auront l'autre ; lesquelx la rapporteront devers led. clerc, à la fin dud. mois... », P. 1404[1] 171 *bis*, f° 1.

5. *Ibid* et P. 1405[2] 567[1]. P. 1404[2] 271, codice 2 : « de toute la somme de la coustume du seel qui est enthaillez oud. port Saulnier par les mesureurs... est faicte division de moys en moys entre le sgr [comte] et les parçonniers... et sont tenuz lesdiz mesureurs aporter les thailles de chascun marchant qui aura vendu oud. mois... ».

praepositi in vicem successit antiqui portus tribunalis [1]. Itaque de medio tollebatur, cum ultimis participibus, quidquid jura eorum confirmaverat, etiam a comitibus observanda.

De cetero, antiqua portus salnerii temperatio fraudes provocaverat derogationesque juri; quae injuriae, non solum domino de Talliaburgo, qui tredecim denariorum, modio cuique, imponebat vectigal [2], sed etiam imputandae sunt Regi. Etenim regia potestas, a Carolo septimo ad Ludovicum undecimum, repulerat quidem consilium, parum diu, Aquitanniae duce vivente, initum, scilicet ut, pro sale, in engolismensi tractu, coactores instituerentur regales [3]; sed egit solertius cum excogitavit statuendum, in Santonicā Pictaviensique provinciis, potissimum inter Compiniacum et mare sitis, quartae partis vectigal e sale *vendito* simul ac sale *vendibili* in engolismensi tractu aut aliā quācumque regione, a vectigali regio (gallice gabelle), in salariam annonam, liberā [4]. Quod si contra mercatores dicerent se destinare

1. P. 1404[2], n° 267.
2. P. 1406[1] 601[1], 17-22; P. 1406[1] 606[6], 5; 594[13]; 606[9]; 601[2]; 601[12]; 597; 585; 577.
3. P. 1406[1] 597 : « en l'an 1469, pour ce que mgr de Guyenne tenoit Xainctonge, le Roy fit certaines ordonnances touchant le quart et esquelles a ung article faisant mencion que, pour obvier ad ce qu'on ne transporte sel par Engolmoys et Limosin, où le quart n'a point de cours, que, oud. pays d'Engolmoys seroient commis recepveurs pour faire payer ledit quart de ceulx qui transporteroient sel d'Engolmoys esd. pays où led. quart n'a point de cours... mais ceste ordonn. fut faicte parceque le Roy ne prenoit pas le quart sur la comté de Xaintonge.... à Taillebourg, pour ce que mgr de Guyenne le prenoit; mais despuis le roy volut que led. quart se payast comme il faisoit avant que mgr de Guyenne eust Xainctonge... ».
4. P. 1406[1] 597; 584; 588; 601[1] et 601[6], 1.

sal in regionibus vectigali subjectis vendendum, Rex nullam respondebat sibi, in manibus, esse hujus rei probationem : primo igitur mercatores vel solvebant, vel sui dicti praebebant sponsionem et, posterius, dato testimonio venditionis, in regione vectigali subjectā, certioris factae, credita retro solvebatur eis pecunia [1].

Quae cum ita res se haberent, non bis quartam partem mercatores pensitabant ; verumtamen inde fiebat ut regiones ab isto vectigali liberae, immo etiam provincia engolismensis, sal emerent qui jam vectigal pensitaverat, et ita Rex, obliquā viā, irritam faceret earum immunitatem.

Cum autem Rex conductoribus publicanis nova vectigalia committeret exigenda, accedit ut, anno 1492, Comitis Engolismensis famuli vincula quibusdam conductoribus injecerint, quos sic, dorso mulis adstrictos, decurso plus quam triginta leucarum spatio, captivos Botavillam adduxerunt [2]. Quibus e jurgiis plurimis

1. *Ib.* et P. 1406[1] 601. — « En l'an 1451, le darrier jour de mars, le roy Charles que Dieu absoille, ordonna, par ses lettres patentes, que tous les marchans qui achapteroient sel en Poictou ou Xanctonge, *avant* que partir les fins des eslections d'iceulx pays, declareroient leurs noms... caucion de poyer le quart *avant* que partir; et, s'ilz voloient mener le sel ou pays où le quart a cours, de donner caucion de le payer ou de porter certifficacion, dedans 3 moys, comme il a esté deschargé en pays où led. quart a cours et sur peine de confisquer le sel et d'amende arbitraire, appliquée moytié au roy et moytié aux inventeurs «. P. 1406[1] 597.

2. P. 1406[1] 601[6] : « Aulcuns gens de guerre et autres qu'on disoit estre de nostre cousin le comte d'Angolesme, (ut legitur in litteris Caroli VIII, 28 mart. 1492, n. st.), les ont empeschez et... ont prins prisonniers les commis de nosd. fermiers, montez et garrotez, sur jumens, à doz iceulx emmenez à Bouteville appartenant à nostred. cousin, distant de 30 lieues ou environ des les où ilz les ont prins et iceulx ont détenu... six sepmaines... ».

natae, lites ante magnum Consilium Parlamemtumque semper renascebantur [1].

Insuper multae fraudes oriebantur e falsis salinatoribus, quorum alii mercaturam, inter Talliaburgum et Compiniacum, exponebant e navigio [2]; alii etiam Compiniaci callide eam celabant, brevi neglecto, praesertim in engolismensi provinciā itemque extrinsecus [3]; alii tandem, in engolismensem tractum, per Liburnum et Burgum ad Carantonum, ingressi, pretio minore quam annonā consuetā, sal allatum venditabant [4]. In summā, plures erant duobus aut tribus millibus [5]... Contra quos saepius, velut anno 1434, vanum erat ad opem Regis confugere [6]. Quamobrem Comes ipse rerum suarum

1. X^{1a} 9193, f° 101 v° sqq.; *supra*, n. 2, p. 131; P. 1406^{1} 588; 572; 2 jan. 1508-9, *Fr.* 26111, n° 877.

2. Append. E.; — « avoient fet descharger ung vessel au port de Xainctes, lequel estoit chargé de sel en sas, et fet metre icellui sel à leurs maisons et la vendoient, à quars, sur leurs fenestres, chascun jour à qui en vouloient ». P. 1406^{1} 601^{4}; *ib.*, 601$^{8, 9, 11}$.

3. P. 1406^{2} 571; P. 1404^{1} 171 *bis*, f° 2 r°; a° 1491 : « a esté ordonné que aucuns marchans ne autres ne puissent et pourront transporter ne faire transporter aucun sel hors dud. port et limites d'icelui, sans préalablement avoir lesd. brevetz..., sur peine de confiscacion dud. sel et de amende arbitraire, la moitié duquel sel ainsi trouvé avoir esté transporté sans avoir esté breveté, sera au prouffit des inventeurs ».

4. P. 1406^{2} 571; P. 1406^{1} 577 : « Mgr le contreroleur.,. autreffoiz vous et moy avons parlé des saulniers qui vont quérir le sel tant à Bourg, Blaye, Libourne que ailleurs ou pays de Bourdeloiz... j'ay sceu toute la tromperie qui se fait tant par le cousté de Libourne, Blaye, que ailleurs... ».

5. P. 1406^{2} 577, [circa 1481-1491], « je scay deux ou troys mille faulx saulniers qui sont des pays d'Angoumoiz, lesquelz ne cessent l'espace de deux moys de charroyer sel, tant de jour que de nuyt... ».

6. P. 1406^{1} 601^{11} et *supra* n. 2, p. 131; *append.* E.

coercitioni consulebat et, si quando opus esset, mercede conducebat errones, qui salis illiciti invectores corriperent [1].

Conclusio. — Itaque, in summā, ratio administrandi temperandique Comitatûs, cura confirmandae pacis et opulentiae publicae, eodem sane pertinentes, etiam in salnerio portu disponendo, ad eumdem exitum perveniebant duplicem : 1° tollebatur libertas ; namque, sicut omnes subjecti, tutelā habebantur agricolae, artifices, mercatores, quibus obsistebatur, unoquoque passu ne, credo, caderent ; 2° praesidium a Rege continuo petebatur, sive id perferre esset necessarium, sive non ullo modo oportuisset : cujus operā, si res, in apanamento, non expeditius sese habeant praeclariusve, non est quidem mirandum : nempe negotium suum imprimis, nec Comitis, Rex gerebat.

1. P. 1406[1] 577 [circa 1481-1491] : « ung ralias de mauvais garsons ».

CAPUT VII

DE JUDICIORUM DESCRIPTIONE

Profecto pax publica, cum e temperatione generali et administratione, tum etiam e judiciis pendebat et tribunalibus.

Medio quidem aevo, dominus erga populos erat, ante omnia, vir jurisdictione praeditus. Quemadmodum enim domini ordine per gradus quosdam constituebantur, sic iidem ut judices. Porro, nunc quaerendum nobis est quinam, in apanamento engolismensi, Judices tunc invenirentur : 1° inferiores Comiti ; 2° circa Comitem 3° Comiti superiores.

§ I. — Infra comitem : imi, medii, alti judices ; castellani, barones

A. Primum quidem, infimo gradu judiciariorum munerum, reperires praeposituras [1], aliquando vica-

1. 20 nov. 1445, P. 516² 679. In hommagio : « la prevosté que P. A. tient de moy » ; 12 august. 1446, P. 513¹ 12... « ce que j'ai et prans en la diesme de Merpins, ce que Heliot de Champaignart y solloit prandre... comme prevost » ; 12 jul. 1470, P. 515² 525 ; 30 sept. 1490, P. 516² 676 ; 29 jull. 1491, P. 514² 371 : « prebousté de Mainxe... mouvant de Nous, ut ait comes Engol.. à cause de nostre chastel et chastellenie de Boutheville », et *infra* n. 4, p. 136.

rias [1] aut etiam bajulias [2], in feudum redactas, quibus imprimis obtingebant facultates custodiendi et exsequendi, non vero saepius jurisdictionis potentia. Quarum sane munus erat in exercendā jurisdictione, de rebus controversis ceterisve, se judicibus superioribus praebere administras. Inter quas, praepositura Mainxe [3] in castellaniā Botavillari et « praepositura Botavillaris, cui nomen grandis bajulia castellaniae Botavillaris [4] », anno 1410 sic habita, maxime conspiciendae sunt.

B. — *Imi Judices*, in engolismensi provinciā, pariter ac in maximā regni parte [5], stabant primo gradu juris-

1. 1 August. 1401, P. 516[1] 602 ; 11 nov. 1463, P. 515[2] 595 *bis* 4. « doy faire l'exequcion de ceulx qui sont prins et jugés aud. chastel et chastellenie [Botavillari] » ; 12 jul. 1470, P. 515[2] 525 ; 15 jun. 1481, P. 514[2] 428 ; 30 sept. 1490, in castellaniā Compiniacensi : « je doy mettre viguier és vignes dud. fief à cause delad. prévosté et doy lever et amasser tous les fruictz croissans oudit. fief ; » P. 516[2] 676 ; 8 nov. 1442 « tiens aud. lieu de Vibrac toute haute vigerie », v. *infra*, p. 140, n. 4.

2. *Infra*, n. 4.

3. A° 1338, P. 514[2] 363 ; a° 1365, *ib.* 16 nov. 1445, avoue tenir de mgr. [le comte d'Angoul.]... a prévosté de Meince... item... toutes les condempnacions qui, par moy ou mes sergens, seront executées sur tous les habitans de mad. prevosté et, pour l'exécucion, je ne prandray fors tant seullement 12 deniers », P. 514[2], n° 365 ; 13 sept. 1476. P. 514[2], n° 368 ; 17 mart. 1520, [n. st.] ; *ib.* 378.

4. Jan. 1410, [n. st.] : « le prebousté de Bouteville, appellée la grant beylie de la chastellenie de Bouteville... doy lever... les deffaus et amendes guaigées et taxéees en lad. court et en la court du seneschal... ; ... doy lever la tailhe ou tailhes dehues ou chastel de Bouteville... ; Item si aucune personne baille à mes sergens memoriaus ou autre jugé faiz en la court dud. chastel ou seneschal, lesdiz mes sergens... les doyvent exequter, mes qu'ils soient en madicte baillie » ; P. 514[2] 406 *bis*.

5. Vide thesim nostram gallice scriptam, liv. V, ch. III.

dictionum [1]. Nunc mentio fit illos de omnibus actionibus cognovisse, sive ad res, sive ad personas pertinentibus [2], nunc illos actionum mixtarum insuper exercere cognitionem [3] ; hinc etiam de pignoribus deficientibus et mulctis [4], inde non omittebatur de jure agendarum, ut aiebant, « assisiarum [5] » : sed huic foro proprium erat signum, quo dignosceretur, quod non ei licentia erat de causis, quindecim solidis et uno denario superioribus, cognoscendi [6]. Cui foro aderant duo servientes [7].

« Imi judices », praesertim in castellaniā Arciacensi,

1. Consuet. engol. *op. cit.* IV, 840, *in initio.*

2. 1 mart. 1484 [n, st.], « toute action réelle et personnelle, jusqu'à 15 s. 1 den, d'amende ». Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 31, p. 57 ; *id.*, 20 nov. 1445, P. 516² 664 ; cf. nos 584, 686, 689 ; 8 august. 1470, P. 515² 587 ; 23 jul. 1470, P. 514¹ 310 ; cf. 7 nov. 1478, Arch. Charente, fonds *Beati Eparchii*, rubrica : *Justice.*

3. 18 dec. 1496, P. 515¹ 580 *bis* : « toute action réelle, *mixte* et personnelle, jusqu'à 15 solz, 1 den. d'amende. »

4. 23 jul. 1470, P. 514¹ 310 : « cognoissance de amande et deffaut de gaige de 15 s. et 1 den. sur ses homes levans et couchans et sur ses tenenciers » ; 13 jul. 1504, « cognoissance d'amende, deffault de gaige jusques à 15 solz et 1 denier », P. 514² 345.

5. 1 mart. 1484 [n. st.] « mes assises ». Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 31, p. 57, 13 jul. 1504, « mon assise, laquelle je tiens en toute ma seigneurie », P. 514² 345 ; 12 oct. 1476, *infra*, n. 8, p. 138 ; 20 nov. 1445, P. 516², n° 664, cf. nos 584, 686, 689 ; 23 jun. 1475, P. 515² 566 et 567 ; 19 jul. 1506, *infra*, n. 9, p. 138 ; etc.

6. 13 nov. 1445, *infra*, n. 1, p. 138 ; ante annum 1467, P. 1404 cxlij. *ad finem* ; 13 jul. 1504, v. *supra*, n. 4 ; 18 dec. 1496, v. *supra*, n. 3 ; 1 mart. 1484, v. *supra*, n. 2 ; 12 oct. 1476, P. 515¹ 510 ; 20 nov. 1445, P. 516² 664 etc. ; 23 jun. 1475, P. 515² 566 et 567 ; 8 august. 1470, *ib.* 587 ; 19 jul. 1506, *infra*, n. 9, p. 138 ; 3, 13, 17 ; 29 nov. 1445, P. 514¹ 338 ; 243 ; 278 ; 296, etc.

7. Consuet. engol. [art. 5], apud Bourdot de Richebourg. *Nouv. Coutumier génér.* IV, 841 : « le... bas justicier [pourra créer] deux sergens tant seulement. »

inveniebantur apud Marsac [1], in castetellaniā Botavillari [2], potissimum apud Angeac [3], S. Amantium [4], Graviam [5], in castellaniā Compiniacensi, (apud Genteniun [6], Salas [7], Ars [8], Burie [9]).

C. — *Medii judices* in secundo jurisdictionum gradu habebantur. Qui tenebat medii judicii munus plerumque etiam imo fruebatur judicio [10]. Quod jus concedere fas erat Comiti [11].

Medio autem judici licebat, quibusdam actis, exercere jurisdictionem de rebus non controversis : v. g. deferre

1. 13 nov. 1445, P. 514[1] 243 : « basse justice, j. à 15 sols, 1 den... en la terre de Marsac, située en la chastellenie d'Archiac. »
2. 13 jul. 1504, *supra*, n. 4, p. 137 ; 3 nov. 1445, P. 514[1] 338.
3. Ante 1467 anum, P. 1404[1] cxlij, *ad finem*.
4. *Id.*, *ib.*
5. *Id.*, *ib.*
6. 18 dec. 1496. P. 515[1] 580 *bis* ; 1 mart. 1484, [n. st.]. Arch. Cognac, *fonds Albert*, t. 31, p. 57 ; 20 nov. 1445, P. 516[2] 664 ; 8 august. 1470, P. 515[2] 587.
7. 1 mart. 1484 [n. st.], *supra*, n° 2, p. 137 ; 20 nov. 1445, P. 516[2] 664 ; 8 august. 1470, P. 515[2] 587.
8. 12 octob. 1476, P. 515[1] 510 : « Jehan Bremont, escuier, sgr d'Ars, à cause de la chastellenie de Cognac... tiens mon arbergement d'Ars... esquelles choses... puis tenir mon assise et lever l'amende de 15 sols et 1 den.. »
9. 19 jul. 1506, P. 515[2] 533... « sgr de Burie, avoue tenir du comte d'Angoul. a cause de sa chastellenie de Merpins, mon assise et ma jurisdicion de 15 sols 1 den. ».
10. 28 januar. 1486-7, P. 1404[1] 151 : « moyenne et basse justice, en l'enclave de Malatrait... aux freres... Claude et Jean du Nourrigier, de Gourville... » ; 5 nov. 1505, « herbergement de Maubourgière en la parr. de Villars avec tout droit de justice et juridiction moïenne et basse », P. 515[2] 581.
11. 27 januar. 1488 [n. st.], P. 1405[1], n° 293 : jus a Comite conceditur « à Jean et Jacques Mercier ès parroisses de Burye, S. Suplice et Vilars... » Cf. 28 jan. 1486-7, P. 1404[1] 151.

tutelas et curationes [1], inire mensuras [2] ; sed, in « applegiamentis » ceterisque jurisdictionis litigiosae causis [3], non ultra solidos sexaginta tur. jus dicere debebat [4] neque cogere poterat ut darentur « securitates » gallice « asseurements » [5]. Nonnunquam tamen mentionem faciebat de suo jure « assisias » agendi [6], cum facultate fori tenendi per judicem [7] vel etiam de jure in carcerem mittendi cum « cippis », vulgo « ceps » [8]. Huic quoque pariter ac imo judici duo servientes praesto erant [9].

Nempe, in castellaniā Botavillari, fratres du Nourrigier medio judicio fungebantur, pro praedio Malo-attractu

1. Consuet. engol. *op. cit.*. IV, 841. [art. 9], v. n. 2, p. 139; 20 nov. 1452, Arch. nat. R[1] 265 87, n° 1400 : « droit de donner tutelle et curatelle ».

2. Consuet. engol. *op.* et *loc. cit.*, [art. 9], v. not. seq. ; 8 nov. 1445, P. 514[2] 410 : « mesures de blez et de vins. »

3. Consuet. engol. [art. 9] *cit.* : « le moyen justicier ou vassal qui a moyenne justice, par lad. coustume, peut donner tutelles, curatelles, emanciper, bailler mesures, cognoistre d'appleigemens et autres causes, dont l'amende n'excède 60 solz t. et ne peut contraindre de donner assseurtez. »

4. Consuet. engol. [art. 9] *cit.* ; 8 nov. 1445, P. 514[2] 411 « j. à 60 sols » ; P. 1405[2] 399 ; 525 ; 395 ; 473 ; 475 ; 476 ; 456 ; 439 ; 485.

5. Consuet. engol. [art. 9] *cit.*

6. Consuet. engol. art. 8, *op. cit.*, IV, 841 : « celui qui a haute justice et moyenne, sans droit de chastellenie, peut tenir et faire tenir ses assises, chacun mois, une fois». 28 januar. 1486-7, P. 1404 151 ; a° 1487, P. 1404[1] 151.

7. 28 januar. 1486-7 ; « Ont... moyenne justice... avec droit d'assises et jurisdicion et pouvoir de les faire tenir par ung leur juge... », P. 1404[1] 151.

8. 8 nov. 1445, P. 514[2] 410: « tenir aud. lieu de Vibrac maison prisonniere et ceps, pour mettre tout malfaicteur ». Cf. Ragueau, Laurière, *Glossaire du droit françois*, 1704; I, p. 212 : v° *Ceps*.

9. [Art. 5]. Consuet. engol. *supra*, p. 137, n. 7.

nuncupato ; in castellaniâ Compiniacensi [1], Joachim de Coudourq, pro quâdam parte parochiae Villariae [2]; gens Mercier pro parochiis Burie, Sansulpitio, Villario, in castellaniis Castro Novo et Jarnaco [3]; Joannes de Marolio, pro Vibrac, sub nomine altae vicariae [4], priorque Sancti Leodegarii de Compiniaco, pro suo vico [5], eâdem fruebantur jurisdictione.

D. *Alti judices* stabant in tertio jurisdictionis gradu. Qui eam alicubi possidebat, ex consuetudine fas erat ei possidere ibidem mediam et imam [6]; insuper, si opus esset, ei curandum erat ut ima et media jurisdictio exerceretur [7]. Ad suammet altam jurisdictionem exercendam, uti poterat, ni fallor, uno judice, non duobus [8]; sed duobus servientibus utebatur [9]. In foro autem et

1. 26 januar. 1486-7, P. 1404 151.
2. 5 nov. 1505, P. 515² 581 ; v. *supra*, p. 138, n. 10.
3. 27 jan. 1488, [n. st.], P. 1405¹, n° 293 ; v. *supra*, p. 138, n. 11.
4. 8 nov. 1445, P. 514² 410; cf. 17 januar. 1513-4, P. 515¹ 518 « la haulte, moyenne et basse vigerie ».
5. Dec. 1290 et 13 sept. 1345, P. 1404², n° 252 ; *supra*, n° 55 et R¹ 265, 87 n° 1400.
6. Consuet. engol. *op. cit.*, p. 841, art. 6, « celuy qui a haulte justice en aucun lieu et sans droit de chastellenie, par la coustume est fondé d'avoir en iceluy lieu, la moyenne et basse » ; 30 oct. 1475, P. 513¹ 55; 24 sept. 1476, P. 513¹ 19.
7. Art. 6, *cit.* : « les peut faire exercer ».
8. Cf. *ib.*, art. 6, 8 et 4 ; P. 1404¹, n° 141ᴬ : nunquam ibi fuerunt alti judices, « lesd. lieux, ne heut jamais juge ne Seneschal qui heust pouvoir... de cognoistre de quelxconques causes d'appel... ; art. 4, Consuet : « peuvent lesd. comte, baron ou sgr chastellain avoir deux juges » inde, inferioribus dominis unus tantum judex conceditur.
9. Consuet. engol. *op. cit.*, p. 841, art. 5 : « Le haut justicier... 2 sergents ».

in « assisiis »[1], quotquot mensibus agendo, cognoscebat non solum de actis haud litigiosis sed etiam, in civilibus controversiis, de causis sexaginta solidis tur. superioribus[2]. In litibus capitis, ei capite damnare fas erat[3] : quamobrem habebat carcerem cum « cippis » et patibulum vel furcas, at erectis duobus tantum palis. Insuper a judiciis inferioribus appellationem poterat recipere[4].

Praeterea, Comitis ministri invigilabant ne quid male partum praeciperent alti judices[5]. Quippe, cum caderent pali furcarum, non poterant restitui nisi permissu Comitis, qui curabat ut impetrantis jura comperirentur[6]; quae res fere pariter ac in senescalliis et bailliviis regalibus se habebant[7].

Nihilominus, in apanamento, satis multi numerabantur alti judices; inter quos v. g, pro *castellaniā engolismensi*, notares viros nobiles de Podio, in parochiā Sancti Christophori[8] ; pro *castellaniā Albā-Terrā*, viros hujus nominis[9] ; pro *castellaniā Botavillari* viros de

1. Consuet. engol. *op. cit.*, p. 841, art. 8 ; 20 octob. 1479, P. 515² 546.
2. Cf. *Ibid.*, art. 9, *supra*, p. 139, n. 3.
3. Consuet. engol. *op.* et *loc. cit.*, art. 6 : « Celuy qui a haulte justice... sans droit de chastellenie, par la Coustume est fondé d'avoir... fourches patibulaires à 2 pilliers, prisons et ceps à mettre les délinquans » ; 30 oct. 1475 « justice... haulte... avec le droit de tenir fourches patibulaires à 2 pilliers », P. 513¹ 551. V. *infra*, p. 143, n. 10.
4. P. 1404¹, n° 141 A, f° 1 et 2 ; *supra*, n. 8, p. 140.
5. P. 514² 358, 359 ; a° 1501, etc.
6. P. 514² 358, 359.
7. Vide thesim nostram, gallice scriptam, lib. V, cap. III.
8. 30 oct. 1475, P. 513¹ 55.
9. 24 sept. 1476, P. 513¹ 19.

Losme [1], et, in parochiā Amblevillā, gens Jagourmas [2], gensque Ste Hermyne domina du Fa, in vico S. Mesme [3]; pro *castellaniā Blanzacensi*, viros Rupes-Fucaldenses [4], itemque viros de Vallibus [5], omissis etiam juribus quae possidebant Rouffiaci, in *castellaniā Castro-Novo* [6], apanamento engolismensi proximā; pro *castellaniā Compiniacensi*, viros Chesnel, in Podio-Petroso, aliās Boscoredono [7], dominosque Mesnacos in parochiis Mesnaco Charvis et Sansulpicio [8], virosque de Mortuo-mari in parochiis Salis et Gentenio [9]; pro *castellaniā Merpisiā*, nobiles viros Rupem-Fucaldensem-de-Mailleio, in Gensacā et Roissacā parochiis [10]; pro *castellaniā Roffiacā*, nobiles viros de Estotavillā, in hāc dimidiā utique castellaniā [11], virosque Taneau-Mortuum-mare, in loco Empureio aliisque locis [12]; pro *castellaniā Sanctā Eulaliā*, gens Sangelasia [13]. Neque nunc quidquam loquimur de altā jurisdictione, quam possidebant in castellaniā Castro-Regnaldi, super Carentonum, nobiles viri de Espanhaco [14]; in *castellaniis Chabannaeā*, *et Confluentiā*,

1. 8 august. 1470, P. 514² 355.
2. [xv decedente saeculo], P. 1404¹ 140, f° 15 r°.
3. 31 mai. 1458, P. 514² 399.
4. 9 jun. 1486, P. 513¹ 1.
5. 4 august. 1457, P. 514² 407.
6. 4 august. 1457, P. 514² 407.
7. 13 dec. 1471, P. 1410¹ 939, f° 3 et 4, 5 v°; hodie Charente-Infér. C^on Mirambeau.
8. 20 octob. 1479, P. 515² 546.
9. 17 januar. 1514 [n. st.], P. 515¹ 518.
10. 23 dec. 1487, R. 515¹ 494.
11. 10 apr. 1464-5, P. 513¹ 68; 10 sept. 1476, P. 513¹ 60.
12. 10 jul. 1473, P. 513², n° 74.
13. 12 febr. 1460-1, P. 513¹ 36; 22 august. 1485, P. 513¹ 39.
14. 20 jul., 1470, P. 513², n° 80.

nobiles viri de Vendocino [1] ; in *castellaniā Marthoniā*, nobiles viri Rupes-Fucaldenses [2] ; in *castellaniā Montis Maurelli*, nobiles viri de Marolio [3] ; in castellaniā *Rupe Fucaldensi*, domini ejusdem nominis [4] ; in *castellaniā Vertoliā* iidem quoque domini et Rupes-Fucaldenses [5], siquidem illi, diverso nomine, domini, castellaniā simul ac altā jurisdictione fruebantur [6]. Insuper idem jus altae jurisdictionis habebant magnae urbes velut Engolisma [7] insignesque abbatiae velut Beatus Eparchius [8], aut Bassacum [9].

E. *Castellani* enim fruebantur juribus judiciariis, quorum gratiā, quarto gradu stabant jurisdictionum, in apanamento engolismensi. Nempe cum Castellanus omnimodum judicii genus altum, medium et imum possideret, omnia judicum inferiorum habebat jura [10]. Prae-

1. 2 octob. 1470, P. 554², n° 288 *bis*.
2. 9 jun. 1486, P. 513¹ 1.
3. 16 nov. 1445, P. 513¹ 16.
4. 9 jun. 1486, P. 513¹ 1.
5. 22 mart. 1475-6, P. 513², n° 2, f° 3; 20 octob. 1476, P, 513¹ 4.
6. V. *infra*, n. 10 et p. 144, n. 7, etc.
7. 17 apr. 1486, Arch. Charente, *Episcopatus* ; 5 apr. 1499, Arch. Angoul. BB 1, f° 25 v°, 26 r° ; 16 mart. 1499-1500. Arch. Angoul. BB, f° 46 v° ; 20 sept. 1510, *ib.*, f° 232 v°, 238 v° ; 1514 octob., *ib.* AA 5, f° 40 r°.
8. 16 januar. 1455-6, P. 1406¹ 607 ; 17 jan. 1455-6, Arch. Charente H. *Cartul. GG. Beati Eparchii*, n° 86, f° 59-61 v° ; 30 jun. 1456, P. 1405¹, n° 310.
9. Ante 1460, abbé J. Denyse, *Abbaye royale de S. Étienne de Bassac*, *Bullet. Soc. Arch... Charente* 1880, p. 29.
10. Consuet. engol. *op. cit.*, art. 3. « Le sgr chastellain est aussi fondé par la coustume d'avoir... haulte justice, moyenne et basse » ; circa 1464, P. 1404¹ 142, *ad finem*. « Quant aucun est sgr chastellain ou qu'il a tout droit de justice en sa terre,... il luy loit in quacumque parte territorii sui faire establir ses prisons. »

terea illi erant ad pactiones seu « contractus » sigilla, quatuorque tabelliones [1]. In foro etiam capitalium causarum, habebat furcas patibuli, cum palis quatuor [2], id est duobus amplius quam altus judex. Ab alto judice appellationes accepisse videtur [3]. Quin illi duo conventûs genera licebat agere : « magnas assisias », quater aut saltem bis in anno; « parvas assisias », quotquot mensibus, aut etiam bis in mense [4]. Pariter illi duo assidebant judices, namque, pro magnis assisiis praesto erat senescallus; pro parvis, judex in modum praepositi [5].

Porro supra, cum ita tulerit occasio, engolismensis agri castellanias enumeravimus [6].

F. *Baronias* quoque apanamenti singillatim indicavimus [7]; namque barones profecto stabant quinto judiciorum gradu. Scilicet omni cuique baroni erat jus castellaniae [8], haud secus ac omni castellano jus jurisdic-

1. *Ib.*, art. 3 : « le sgr. chastellain est aussi fondé par la coustume d'avoir scelz à contractz... »; art. 5 : « le sgr chastellain [pourra créer]... 4 notaires... »

2. *Ib.*. art. 3 « fourches patibulaires à 4 pilliers »; P. 1406[2] 636[16] ; P. 1404[1], n° 141[A].

3. Circa 1464, P. 1404[1], n° 141, A, f° 1 et B.

4. Art. 7, Consuet. *op. cit.* « Tout sgr qui a droict de chastellenie peut faire tenir la grand'assise 4 fois l'an ; et si est tenu la faire tenir 2 fois l'an, pour le moins, autrement les obéissances luy pourroyent estre déniées ; et la petite assise par chascun mois ou quinzaine ». A° 1452, P. 1410[1] 961, 2, 4, 5 ; circa 1464, P. 1404[1] 142 *ad finem.*

5. Art. 4, Consuet. *op. cit.* : « Peuvent lesd... baron ou sgr chastellain avoir 2 juges ; çavoir est, pour la grande assise, seneschal et, pour la petite assise, juge prevostal. »

6. *Supra*, capite I; Vide *Appendices* : *Album*, *Partitionem*, etc.

7. *Append.* : *Tabul.*, *Album*, etc.

8. Consuet. engol. *op. cit.*, IV, 840, art. 1. « Tout sgr qui a comté ou baronnie est fondé, par la coustume et usance, d'avoir

tionis, ac omni cuique alto judici jus mediae jurisdictionis et imae. Quoad patibulum, in engolismensi provinciā, baronis furcae, sicut castellani, quatuor palos habebant, sed insuper augeri poterant « cappelleto » [1]. Quin, baroni facultas erat, in baroniā, habendi sex tabelliones [2], totidemque servientes, id est duos amplius quam castellano licebat. Quod attinet ad judices, ad assisias, et ea de quibus noscebant, eadem prorsus in suā potestate tenebant castellanus atque baro [3].

Fatendum est igitur jurisdictiones, infra Comitem, tam pondere quam numero praecipuas esse castellanorum, utpote a quibus barones non discernerentur, nisi tantum honoris causā.

Itaque easdem in particulas, in apanato comitatu, dividebantur fora judiciorum ac provinciae regiones, scilicet in castellanias.

§II. — Comes et ejus ministri

A. *Judices in-modum-praepositorum*, *judices*, *praepositi*. — Nempe, eodem jure quo castellani omnes apa-

droict de chastellenie, haulte justice, moyenne et basse » ; 15 sept. 1480, P. 513[1] 11.

1. Consuet. engol. *op.* et *loc. cit.* art. 2 : « Peuvent lesd. comte ou baron avoir fourches patibulaires à 4 piliers pour pendre et exécuter malfaicteurs... ; » art. 4 : « le sgr chastellain est aussi fondé par la Coustume d'avoir... fourches patibulaires à 4 piliers mais, en icelles fourches, le sgr chastellain ne peult avoir chappellet, ce que toutesfois peult avoir le baron ». V. Lacurne S. Palaye *Dict. anc. lang.* fasc. III, col. ; 370.

2. Consuet. engol. *op. cit.* art. 5 : de baron en sa baronnie [pourra créer] six notaires et six sergens.

3. *Ib.*, art. 7, etc. V. *supra*, p. 144, n. 4.

namenti, in castellaniis quas, feudorum ritu, tenebant, Comes, in castellaniis, sub manu suā servatis, creaverat judices-in-modum-praepositorum, praepositos aut judices qui, ad locum ministri, stabili sede manentes in urbibus Engolismā, Compiniaco, Botavillā [1], ordinario foro, non de aliis, ut videtur, causis cognoscebant quam ceteri judices-in modum-praepositorum, in potestate castellanorum baronumque engolismensis provinciae et ministerio positi. Illa quidem cognitio rerum, quam, in rebus non controversis, latius forsan exercebant dominii regalis praepositis [2], siquidem usque ad comperiendas feudorum professiones pertinebat et ad redemptionem per feudi potentiam [3], satis horum praepositorum memoriam renovabat, in jurisdictione litigiosā, tam civilium controversiarum quam causarum capitis [4]. In appellatione autem, cum res feudorum et causae municipales ad praepositum regalem provocari possent, nobis videtur easdem causas, in engolismensi tractu, non ad judicem-in-modum-praepositi pertinuisse, sed ad ipsum senescallum [5]. Unde verisimile satis apparet judicem-in-modum-praepositi fuisse tantum primi gradûs judicem, juribus tamen amplioribus praeditum, praesertim in rebus non controversis.

1. *Supra*, cap. IV, § 2, p. 66.
2. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, p. 426 et ss.
3. 21 apr. 1507, [n. st.]. P. 1404², n° 216; par devant Nous... juge de la Court prevostelle de Coingnac, « 12 mart. 1520-1, P. 1403² 132; etc. quod gallice vocabatur : « la verification des aveux et les retraits par puissance de fiefs ».
4. Vide thesim nostram gallice scriptam lib. III, p. 337 et ss. 29 oct. 1448, P. 1404¹, n° 149; 16 sept. 1414, P. 1405² 384: « Court de la prevosté de Bouteville » ; « donné en la prevosté de Coingnac ».
5. P. 1404¹, n° 141ᴬ, f° 1 v° ; circa 1464 ; ib., 141ᴮ.

B. *Senescallus et assisiae.* — Cum ipsi castellani et barones suum haberent senescallum supra judicem-in-modum-praepositi, a fortiori comes habebat quoque suum [1]. At quemadmodum dominis multas castellanias possidentibus, v. g. domino Rupi Fucaldensi unum senescallum satis habere licebat pro his omnibus castellaniis, ita Comes unum habebat tantummodo senescallum pro suis castellaniis, Engolismensi, Botavillari, Compiniacensi, Merpisiā, quas ipse tenebat in manu suā [2] ; quin etiam senescallus ille unus Comitis minister erat, ut summus judex in reliquo engolismensi apanamento. Comes quoque alios, sine dubio, senescallos habebat, sed pro illis tantum castellaniis quae non in apanamento continebantur [3].

Senescallus autem apanati Comitatûs sedere solebat Engolismae in plateā « du Palet », anno 1441 [4], in domo scabinatûs anno 1512 [5], quod duplex arbitramur, eruditissimo quidem engolismensi viro suasore, fuisse domicilium [6]. Nempe ibi, quotquot mensibus, ut videtur, conventus habebatur cui nomen sive « placita ordinaria » sive forum ordinarium, aliasque curia ordinaria senescal-

1. *Supra*, cap. IV, § 1, p. 61.
2. *V. append. Album*, *infra*, cap. IX, § 1, A.
3. *Supra*, p. 61-62.
4. 3 august. 1441, P. 1405[1] 322, « en la place du Palet d'Angolesme ».
5. Jun. 1512, P. 1403[2], n° 82, f° 2 v° : « en ceste ville d'Angoulesme, en la maison de la ville en laquelle l'on a coustume expedier et tenir le siége ordinaire de la seneschaulcie d'Angoulmois. »
6. Georges, *Topographie histor. d'Angoulême*, apud *Bullet. de la Soc. Hist. de la Charente*, 1898, p. 88 sqq. ; de quibus novissime, 12 mai. 1902, nosmet ipsos idem Georgius obsequenter fecit certiores.

liae [1]. Forum illud sane discernebatur a magno conventu, « magnae assisiae » nuncupato, isto mobili et sese de loco in locum movente. Magnus iste conventus agebatur a senescallo [2] vel, eo absente, a legato seu « locumtenente » tractûs engolismensis [3], vel etiam ab assessore [4], coram procuratore generali [5], procuratore locali [6], advocato [7], judicibus in-modum-praepositorum [8], atque

1. A° 1426, P. 1405[1] 326; a° 1441, P. 1405[1] 322; a° 1463, P. 515[2] 595 *bis*; a° 1464, P. 1404[1] 141[B] *bis*; a° 1484, P. 1410[2] 5, etc., et *infra*, *passim*, — 22 jan. 1488-9, « tant en la Cour ordinaire de la senneschaucié que ès grans assises d'Angolesme », P. 1405[1], n° 317.

2. A° 1464, P. 1404[1], n° 141[B], f° 2, és grans assises de Bouteville... par devant le... seneschal d'Angoumois ou son lieutenant... » 12 octob. 1475, R[1] 265-87, n° 1400, 22 febr. 1472-3, P. 1404[1] 137, etc. *Id.* a 1364 ad 1370, P. 1410[1] 943, f° 4 v° : « pappier des assises tenues... par mgr le seneschal d'Engolesme ou son lieutenant. »

3. 7 jun. 1419, P. 1404[2] 253; a[is] 1452 et 1453, Arch. Charente H. *Cartul. Beati Eparchii* GG, f° 57, 68, 77 v°; jun. 1466, P. 514[2] 406; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267; 13 jun. 1479 « Donné et fait par le lieutenant d'Angolesme ès grans assises d'Angolesme... » P. 1405[1] 307.

4. « Grans assises de Bouteville commencées à tenir le 11 dec. 1481... par l'assesseur. » P. 1403[2] 133.

5. « Grans assises de Cognac tenues par Nicolas Aton, lieuten. général d'Angoumois, en présence du procureur général du comte », jun. 1466, P. 514[2] 406; P. 1404[1] 142; vide notas sequentes; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267, etc.

6. P. 1404[1] 142 « Vous monditsgr le senneschal, ou... vostre lieutenant, procureur, greffier, juge prevostel, sergens. » V. not. superior.; 10 febr. 1474-5, Arch. Charente H. *Cartul. Beati Eparchii* G, f° 1-2 v°; 7 jun. 1419, P. 1404[2] 253; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267.

7. 7 jun. 1419, P. 1404[2], n° 253 : « ès grans assises de Coignac commencées à tenir par... lieutenant de... seneschal d'Angolmois...;... du consentement des advocatz et procureur de lad. court, presens en jugement. »

8. P. 1404[1] 142; annis 1452 et 1453, Arch. Charente, H. *Cartul. Beati Eparchiii* GG, f° 57 r°; 68; 77 v°; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267.

scribā [1]; quibus adstare poterat, saltem in quibusdam gravibus momentis, Comitis Consilium [2]. Illi nempe ministri, tunc temporis, vagi vereque erratici judices, invicem se conferebant in caput castellaniarum a Comite, sub manu suā, servatarum : Engolismae, Botavillae, Compiniaci ; extraque fines apanamenti proprie ac vere dicti : Castrinovi scilicet et Jarnaci [3]. Immo, per modum exceptionis, Comitis ministri, quintodecimo seculo, istum agebant conventum in castellaniā Albā-Terrenā [4] et, quartodecimo seculo, non solum Albae Terrae [5] sed etiam Villaboeniae [6], in duobus castellaniis quae, saeculo sequenti, in feuda conversae, extra dominium Comitis ponebantur.

Videtur quod magnus ille conventus potissimum habitus sit Engolismae Junio et Quintili mensibus [7]; Botavillae, mensibus Martio, Junio, Octobri, Decembrique [8]; Compiniaci, Februario, Martio Junioque mensibus [9];

1. P. 1404[1] 142 ; 10 febr. 1474-5, Arch. Charente, H. *Cartul. Beati Eparchii* G, f° 1-2 v° ; 7 jun. 1419, P. 1404[2] 253.
2. P. 1410[1] 961[2], [1 et 5]; 5 jun. 1452.
3. *Infra*, n. 1 et 2, p. 150.
4. P. 1410[1], 961[2], [1 et 5]; 5 jun. 1452.
5. A 1364 ad 1370, P. 1410[1] 943, f° 4 v°.
6. A 1364 ad 1370, vide *append.* A. I, *Generalia*, circa initium.
7. 18 jun. 1469, P. 513[2] 72; 28 jun. 1477, P. 1404[1] 138, f° 2 r° ; 13 jun. 1479, P. 1405[1] 307; 21 august. 1486, P. 1405[1] 302; 22 jan. 1488-9, P. 1405[1], n° 317.
8. 22 jun. 1463, P. 514[2] 403 v° ; 18 jun. 1464, P. 1404[1], n° 141[B], f° 3 r° ; 19 octob. 1468; 15 mart. 1468-9 ; 26 jun. 1470; 22 febr. 1472-3, P. 1404[1] 137 F. et B; 15 octob. 1477, P. 1404[1] 138, f° 2 r° ; 11 dec. 1481, P. 1403[2] 133.
9. Nov. 1367, P. 1404[2], n° 251 ; 7 jun. 1419, P. 1404[2], n° 253; 1 mart. 1451-2, British Museum, *Addit. Chart.* 4071 ; 10 febr. 1459-60, P. 1405[2] 392; 3 febr. 1461-2, P. 1404[2] 276 ; 10 febr. 1459-60, P. 1405[2] 392; 7 jun 1466, 12 jun., P. 514[2] 406.

Castrinovi mensibus Januario, Februario, Martio, Octobri, et Decembri [1]; denique Jarnaci, Martio et Septembri mensibus [2]. Attamen indiciis plenioribus nobis opus esset ut colligeremus magnum talem conventum quater in anno Botavillae habitum esse, ter Castrinovi Compiniacique et semel tantum Engolismae. Quidquid est, sane facilis est conjectura eum semel tantum, in anno, actum esse Engolismae, siquidem, in capite provinciae, sedes ordinaria senescalliae erat constituta et senescallus, in suā sede ordinariā, de iisdem ac in sedibus magni conventûs extraordinariis videtur cognovisse.

Etenim, quoad jurisdictionem non controversam, compertum habemus ordinarium tribunal non minus quam conventum satis valuisse ut feudi professiones acciperet [3], censuales terras constitueret [4], daret « vidimus [5] »,

1. 30 mart. 1446-7, P. 1404[1] 167 *bis*; 14 mart. 1451-2, Arch. Charente, H, *Cartul. Beati Eparchii* GG, f° 57 r°; 13 octob. 1452, *ib.* f° 77 v°; 7 mart. 1452-3, *ib.* f° 68; 31 dec. 1459, P. 515[1] 444; 12 febr. 1459-1460, P. 515[1] 444; febr. 1469-70, *ib.*; 10 febr. 1474-5, Arch. Charente, *Cartul. citat.*, f° 1-2 v°; 19 jan. 1491-2, X[1a] 4833, f° 116 v°.

2. 18 mart. 1460, [n. st.], Bibl. nat. *P. orig.* vol. 85, *Archiac*, 15; 7 sept. 1492, P. 1406[1], n° 614.

3. 1° *In curiā ordinar.* « a presenté ce.., dénombrement en jugem[t]. » A° 1463, P. 515[2], 595 *bis*; a° 1484, P. 1410[2] 5; 2° *In assisiis* : a° 1459, P. 514[1] 444 v°; a° 1466, P. 514[1] 406; a° 1469, P. 513[2] 72 : « en la court des grans assises d'Angolesme... a baillé ce present denombrement. »

4. 1° a° 1426, P. 1405[1] 326; a° 1441, *ibid.* 322 *bis*; a° 1490, P. 1405[1] 336; 2° a° 1447, P. 1404[1] 167 *bis*. « Nous... tenans les gr. assises... avons baillé a perpetuité pour planter vigne... led. mas. »

5. 1° a° 1443, Babinet de Rencogne, *Bullet. Soc. Arch. Charente*, 1868-9; Arch. Angoul. Mémor. A; 2° a° 1479, P. 1405[1] 307 : «... vidimus... par nous declairé valoir original... ès grans assises d'Angolesme. »

litteras juberet pronunciari [1]. Quod si nobis plura essent documenta, rursus, ut verisimile est, compertum haberemus conventui magno, ad instar ordinarii tribunalis, fuisse fas creare tabelliones [2], praedium redimere, per feudi potentiam [3], in tuitionem et fidem Comitis aliquem locare [4], committere aliquem ad recognitionem, post obitum, conficiendam [5].

Quoad vero jurisdictionem controversam, ad tribunal ordinarium, sicut ad magnas assisias, primo judicio, in civilibus causis, deferebantur lites de limitibus [6] et omnes de dominio causae, sive ad possidendum praedium, sive ad exercendam jurisdictionem spectantes [7]. Quin etiam, proximum vero videtur tribunal ordinarium, more magnarum assisiarum, item nosse res « de applegiamentis [8] », de futilibus intercessioni-

1. 1° a° 1419, P. 1404² 253 *bis*. « Es grans assises de Coingnac... lesd. lettres... avons fait lire à haulte voix... en jugement avons publié » ; 2° a° 1489, P. 1405¹ 317.

2. A° 1510 ; Z² 16, f° 97 v°, 100, 112 : créations de notaire... cour ordin. de la senesch. d'Angoul.

3. 21 august. 1486, P. 1405¹ 302; 7 apr. 1487 [n. st.], P. 1404¹, n° 159 ; « a prins lesd. choses vendues, par puissance de fief... »

4. A° 1464, P. 1404¹ 141 B *bis* : « sauve et especial garde, impétrée de mgr le conte... »

5. A° 1496, British Museum, *Addit. Chart.* 11538 ; Bibl. nat., *Fr.* 22335, f°s 267, 293 ; a° 1514, P. 1410² 15.

6. 14 dec. 1487, P. 1405¹ 352¹⁰ ; P. 1410² 37, f° 23 r°, « pour contestation de limites... procès... en la court de la senneschaucié d'Ang^me et ailleurs. »

7. A^ls 1282, 1333, 1345, P. 1404², n° 252 ; 4 febr. 1490, P. 1405¹, n° 339 ; P. 1404¹, n° 141^A ; a° 1367, P. 1404², n° 251 ; 22 jan. 1488-9, P. 1405¹, n° 317 ; P. 1403², n° 133 ; xv seculo decedente, P. 1404¹ 137^B ; a° 1498, X^1a 4839, f° 346 r°, etc.

8. A° 1468, P. 1404¹, n° 137^C ; a° 1468-1470, P. 1404¹, n° 137, F. A. B ; « comparant par vertu d'un mandement d'appleigement émanant de la cour de céans », id est magnae compiniacenses assisiae : 1452, *Add. Chart.*, 4071.

bus [1], de causarum derelictionibus [2] et appellationis juribus ademptis [3]. Primo quidem judicio, in litibus capitis, utrumque tribunal cognoscebat de negligentiā tuitionis a Comite traditae [4], pariterque causae vulneris ac necis, quae magnis assisiis, etiam in ordinario tribunali, certe dijudicabantur [5]. — Appellationis autem judicio, in civilibus controversiis, utraque curia cognoscebat de sententiis a judicibus municipalibus atque, ut credendum est, a judicibus feudorum pronunciatis [6]. In capitis vero litibus, videtur easdem quoque res appellationis utrique curiae similiter competivisse [7].

Profecto verum inter eas discrimen, de rerum judicialium cognitione, in eo quaerendum esset quod ad magnas assisias pertineret etiam « corrigere judicia » et prohibere ne « irrita » fierent [8]. Sic enim hujus fori Dyonisius des

1. A° 1452, *id.*, British Museum, *Add. Chart.* 4071 : « il est dechait de l'appel... lequel il n'a relevé aucunement. » — « pour ce que follement s'est opposé à la subhastacion. »

2. *Ibid.* « pour ce qu'il s'est dellaissé de la cause. »

3. *Ibid.*

4. xv seculo decedente, P. 1403[2] 98, f° 3 ; a° 1464, P. 1404[1] C.

5. xv seculo deced. « pour avoir riblé une jeune femme mariée et luy avoir fait certains excez, pour ce qu'ilz trouvèrent couché avecques elle ung homme d'Eglise, lequel leur donna ung escu pour le celler » ; P. 1410[2] 6[9] ; a° 1464, P. 1404[1] 141[b].

6. 5 febr. 1498-9, X[1a] 4840, f° 164 v° ; 6 mart. 1499-1500, Arch. Angoulême BB 1, f° 46 r°.

7. A° 1452, British Museum, *Addit. Chart.* 4071 : « pour ce qu'ils ont brisé l'arrest du prévost de Coingnac... et... voulurent batre le clerc dud. prevost [de Coingnac] ;... cause d'injures et de batoing... » 14 januar. 1501-2 ; Arch. Angoul., AA 5, f° 29-30 : « ... en vuydant la... cause d'appel en laq. led. appellant a recogneu avoir mis les mains malicieusement en la personne de R... et l'avoir suyvy furieusement à coursse de cheval,.. »

8. 5 jun. 1452, P. 1410[1] 961[2-4-5], « tenir les assises... pour réformer justice ».

Planches, legatus generalis provinciae engolismensis, anno 1452, munus existimabat, his verbis significans magno conventui, praeter ordinarias lites expediendas, mandatum esse ut, in engolismensi provinciā, sicut in reliquo regno [1], conquestionibus populorum adversus judices benigne acceptis, invidiis localium ministrorum quaestuosisque simultatibus aequiorem generalium praepositorum auctoritatem anteponeret. De cetero, etiamsi, ab omni parte, utraque Curia prorsus earumdem rerum exercuisset cognitionem, magnae illae assisiae non bis eamdem ac tribunal ordinarium rem retulissent, quando quidem, deambulando populis propiora afferens judicia, quasi in promptu ponebat atque, simul ac praebebat exempla judicibus, eos aliunde explendi commonebat officii.

Quoad juris exequendi formulas, ante senescalli tribunal, in engolismensi provinciā, eas pares invenias ac ante Regis baillivos et senescallos : scilicet appunctuationes, ad scribendum per facta contraria appunctuationes, articulos, « intendit » seu conclusiones, testium inquisitiones, litium saccos, « evangelia », etc. [2].

Ergo, de cognitione causarum et juris executione formulisque, procul dubio, senescallus obversabatur animo, velut « ante omnes, judex Comitatûs et Provinciae engolismensis [3] ».

1. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, p.326-327.

2. P. 1406^{2} $636^{39\ A-B-C}$, sqq. ; a° 1464, P. 1404^{1}, n° 141^{B}; a° 1466, P. 1405^{1} 352^{3} ; 4 oct. 1489, P. 1410^{1} 942 : sacs baillez en garde ... pour evangelizer;... temoins intendits et articles... pour prouver les faitz intendits et articles...

3. A° 1464, P. 1404^{1}, 141^{B} *bis*, f° 5 v° : « le juge par excellence du comté et de la province d'Angoulmoys. »

C. *De magnis diebus.* — Insuper, causae, jam ante senescallum disceptatae, quin exirent ex engolismensis provinciae finibus, iterum si interponeretur appellatio, dijudicari poterant ante magnos dies engolismenses. Namque Comes, hos magnos dies a rege consecutus, sicut impetraverant plerique pares Franciae, scilicet Dux Aurelianensis, jam inde ab anno 1392, et, quinti decimi seculi decursu vel ineunte sexto decimo, duces Andegaviae, Alençonii, Burbonnensis pagi, Britanniae, Aquitaniae, Comitesque Algae et Novioduni [1], adeo ut jus magnos dies habendi, etsi non omnium Parium esset, privilegium tamen fuisse videatur imprimis Paritati reservatum.

At certe erraret qui hos magnos dies non discerneret ab insolitis conventibus qui, jussu regum, agebantur Tricassibus, Toarci, Pictavii vel in Arveniā [2], etc. Hi enim magni dies vel conventus erant legatio praeter solitum missa ad judicandum, missive a Parlamento legati, qui populos propius admoverent Parlamento. Quod igitur tribunal in potestate Regis erat, non autem feudorum; neque ordinarias tantummodo expediebat causas sed praesertim inquirebat de ratione quā plerumque expedirentur. Ita sane judicabat judices, eo consilio ut eorum instituta, aliis per edicta substitutis, emendaret.

Magni vero dies engolismensis provinciae, licet non essent tam rari quam Dies magni Toarcenses, Picta-

1. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. V, cap. III; Rivière, *Institutions Auvergne*, I, 499; Beautemps-Beaupré, *Coût. et Instit. Anjou*, III, 279.

2. A 1454 ad 1534, vide X^1a 9210-9214; et 9225-6, etc., 11 august. 1454, X^1a 1483, f° 161 r°.

vienses etc., non tamen modo tribunalis ordinarii permanebant ; quippe quorum consiliarii vel « commissarii [1] » non conventum agerent certis temporibus, nec forte pluries in anno, ut Aurelianensi duci data facultas erat, in suis veteribus dominiis [2], immo ne semel forte quidem, sicut in Andegavensi provinciā, conveniebant [3]. Etenim quando partes adversae, in engolismensi tractu, ante magnos dies in jus erant iturae, de tempore vadimonii sollicitae ambigebant [4].

Magni quidem dies nostri, ut apparet, Engolismae tantum habebantur [5], non vero in diversis dominiorum comitatensium locis, praeterquam quod agebant dux Aurelianensis [6], dux Burbonensis [7], immo etiam, anno 1528, ducissa Engolismensis [8].

1. *18 febr. 1478-9*, P. 513[1] 9 ; *3 apr. 1483*, X[1a] 4824, f° 118 r° ; *16 nov.-22 dec. 1487*, X[1a] 1495, f° 4; *28 jul. 1490*, X[1a] 1497, f° 333 r° ; *19 octob. 1493*, P. 1406[1] 616 ; *20 febr. 1499-1500*, X[1a] 4841, f° 128 r° ; *27 jul. 1500* X[1a] 4841, f° 391 r° ; *14 dec. 1500*, X[1a] 4842, f° 36 r° ; a° *1505*, Arch. Angoulême AA 5, f° 41 r° ; a° 1509, P. 1415, f° 36 ; *18 mart. 1520*, [n. st.], P. 513[3] 135; *31 jan. 1520-1*, P. 518[1] 943. — *Infra*, n. 2, p. 157.

2. 4 jun. 1392, KK 896, f° 140 r°.

3. Beautemps-Beaupré, *op. laudato*, III, 279-284.

4. 10 sept. 1485 : « La court de Parlement, a Paris, aiebat comes Engolismensis,...a... renvoyé lad. cause... à lad. court de nosd. grans jours et à 2 moys... mais, parceque nosd. grans jours, par cy-devant, n'ont acoustumé tenir ordinairement, mes par commissaires seullement, lesd. expousans ont dobté que, aud. jour de 2 moys, elles ne peussent trouver juges,.. » Arch. Charente, *Fonds S. Ausone*, fasciculo 15, *Champnier*.

5. Arch. Charente E 149, etc.

6. 4 jun. 1392, « in dicto ducatu Aurelianensi et in aliis locis » ; KK 896, f° 140 r° ; 19 oct. 1497, « grans jours derrenièrement tenuz à S. Sauveur-Lendelin », KK 902, f° 30 r°.

7. 28 mai. 1476, X[1a] 1487, f° 64 v° ; 1 sept. 1488, X[1a] 1495, f° 353 v°, etc.

8. 30 jun. 1528, *Actes François I*, I, 3035.

Denique tales magni dies non summi potiebantur judicii, namque non omnes causas, sine appellatione, dijudicabant, more magnorum Britanniae dierum, qui parlamentum quoque vocabantur [1]; neque quasdam saltem, veluti dies magni Alençonii, quibus etiam nomen erat Scacarius, gallice Échiquier [2].

Nihil igitur aliud erant magni dies nostri nisi, inter senescallum engolismensem et parisiense Parlamentum, jurisdictio interposita [3]; quae nempe Comiti opem praestabat ut apud se diutius subditos retineret judicandos, immo nonnullos prohiberet ne ad regios judices provocarent. Inde fiebat ut magnos dies aegre ferrent Engolismensis provinciae barones, qui saepe impetraverunt a Rege ut de medio tollerentur [4].

Quin ipsi Comites consentiebant haec instituta non suppetere, propterea quod incerti temporis erant; non

1. 30 mai. 1477, X1a 1487, f° 194 r°, 195 r°, Isambert, *Anc. lois fr.*, XIII, p, 363, art. 1, etc.

2. Floquet, *Parlem. Norm.* I, 272-5; 118; 14 oct. 1484, Arch. Seine-Infér., Reg. Echiquier, a° 1484, f° 26 r°; 8 oct. 1510, Ord. XXI, p. 441; Aubert, *Parlem. Paris* 1250-1515, I, p. 156, n. 3.

3. 14 jan. 1481-2 : « cause d'appel interjectée... du seneschal d'Angoulmois... et... relevée par devant les gens tenans les grans Jours par icellui conte en son conté d'Augoulmois... » posteaque in Parlamentum lata, X1a 1490, f° 27; a° 1483, « la cause du prieur de Coignac appelant du seneschal d'Engolesme ou son lieutenant, relevée en Parlement, obmis le moyen des grans jours de la conté d'Engoulmois, fut renvoyée aux prouchains grands jours d'Engoumoys lors ensuyvans... » P, 1410[1], n° 943; 8 febr. 1497-8, la cause d'appel de N. appelant du senechal d'Angoulmois... relevée céans, obmis le moyen des grands Jours d'Angolmoys, est renvoyée ausdiz grans jours, à 2 moys », X1a 4839, f° 133 v°. — Cf. *infra*, n. 2, p. 157.

4. A° 1497, *Fr.* 8815, f° 37 v° « procès contre le sgr de la Rochefoucault et autres barons du pays, appellans de l'érection des grans Jours... »

summi judicii, et locum faciebant sumptibus extraordinariis, quos impensos forte non liberabant mulctae, in magnis diebus irrogatae. Tales enim praecipuae fuerunt causae quae Ludovicam Sabaudam incitaverunt ad curandum ut, anno 1528, abolerentur [1].

D. *De procurationibus judicandi causā; de concilio; de comite.*—Judiciariam potestatem, suae personae inhoerentem, Comes quidem mandabat constanter senescallo, locum-tenenti, judicibusque-in-modum praepositi et inconstanter « commissariis », legatis in magnos dies. Rarius vero eam delegare poterat etiam procurationibus extraordinariis, quibus committebat munus singularis causae, separatim expediendae [2]. Denique eamdem sibi reservare potestatem licebat ut eā, in suo Consilio, aut, extra Consilium, per semetipsum, uteretur [3].

Quod intra, vel extra Consilium, non satis habe-

1. *Actes François I*, I, 2958; Beautemps-Beaupré, *op. laudat.*, III, 282-284.

2. 10 sept. 1485, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 18, *Champnier* : Charles, conte d'Angol.., à noz... Conseillers (sequuntur 4 nomina) De la partie de N... nous a esté... exposé que procès a esté meu par devant nostre senneschal d'Angolmois, en la Cour ordinaire de la senneschaucié dud. lieu... led. N... a appellé... en... Parlement à Paris; laquelle court de Parlement, p. c. q. led. appellant avoit obmis la court de noz grans jours d'Angolmois, a, depuis, renvoyé lad. cause d'appel à lad. court de nosd. grans Jours et à deux moys... Mais parce que nos diz grans Jours par cy devant n'ont acoustumé tenir ordinairement, mes par commissaires seullement, led. N. a dobté que aud. jour de 2 mois... ne peusse... trouver juges qui en voullissent entreprendre cognoissance... — Par quoy, Nous vous avons commis... et les deux de vous pour cognoistre... de lad. cause d'appel... tout ainsi qne... eussent peu faire noz amez et féaulx conseillers, les gens qui tiendront noz prouchains grands Jours d'Angolmois... »

3. *Supra*, v. cap. V, *de Concilio comitis* § V, p. 88 et ss.

bat causarum instrumenta inspicere quae suā referebant, sive lites a suis ministris sive non essent judicandae [1], sed, praeterea, semetipsum pro judice gerebat. Nempe, in non controversis rebus, hommagia et feudorum professiones accipiebat aut censuales terras constituebat [2], praedium pronuntiabat in castellaniam habendum [3]; vellemus etiam moneri, at non e documentis sciscitari potuimus, an traderet comes, veluti dux Aurelianensis, litteras ad manumittendos servos [4], ad prolem agnoscendam [5], ad concedendam civitatem [6], et, ut aiebant « naturalitatem », ad nonnullos in nobiles cooptandos [7]. — In foro autem litigioso, de civilibus controversiis, ad Comitem interdum quidam provocabant et, cum abesset, appellabant « veniendum meum Dominum [8] ». In causis capitis, statuebat de mulctis quae ab eo remittendae

1. P. 1410[2] 14[16] : A... mgr le conte d'Angolesme, Vous a pleu nous escripre touchant le renvoy... au Chastelet de Paris de la cause N... Si vostre bon plaisir estoit que lad. cause demeure en vostre... court ordinaire, il seroit contant de la y poursuivre... si vostre plaisir estoit qu'elle allast... à Paris... pareillement il le feroit... »

2. P. 1405[1] 346 ; 4 mai. 1491 : « Charles, conte d'Angoulesme... arrentons... à tousjours mais... une place pour... moulins... item 2 journaux de pré moyennant... 20 s. t. 24 boesseaux... 2 chapons. » — *Supra*, cap. V, p. 89, not. 2 et p. 90, n. 2.

3. *Supra*, cap. I, p. 2, n.2 , et *append.* A, II, 5, Aunac.

4. Ab anno 1404 ad 1426 etc. KK 897, f° 31 v°, 32, 42 v° etc.

5. mai. 1497, *ib.*, f° 248.

6. Jul. 1496, *ib.* 246 r°, 255 v°.

7. 1403 sept. *ib.*, f° 31 v°, 32 r° ; 29 mart. 1454-5, *Fr.* 20379, f° 47 r° D-E ; etc. — Cf. anoblissements par les vicomtes de Limoges, a° 1439, 1443, 1454, 1455, 1459 ; Cte de S. Saud, *Bullet. Soc. Arch. Limousin*, 1894, t. 41, p. 585-589.

8. 8 octob. 1446, P. 1406[1] 601[13] : « avons appoinctié [in curiā ordin. senescalli] que... et de ce led. deffendeur a appellé à la venue de mgr ; item en pareille cause N. a appellé à la venue de mgr. »

poscebantur [1]. Denique cum, anno 1477, Carolus Comes suae factus est tutelae, jure veniae dandae seu criminum remittendorum frui contendit [2].

Etenim, in apanamento suo, intra omnium etiamque extra suorum dominiorum limites, e quibusdam apertis carceribus scelestos emisit, suā cognatione cum Rege confisus ne improbaretur. Re verā, Ludovicus undecimus non prorsus eum improbavit nisi quādam parte. Quippe, semel et hāc vice tantum, concessit venias, jam datas, etiam extra Comitis dominia, non esse revocandas [3]. Item hāc vice concessit quoque, in omnibus apanementi oppidis aliisque comitatensibus dominiis, quo non esset adhuc ingressus, Comiti facultatem esse futuram poenae scelestis remittendae. Quibus exceptionibus, manifesto satis apparebat non ulli in futurum, e novis Comitibus engolismensibus, fas fore criminum remittendorum jure frui. Quod profecto Rex sibi jus expresse reservabat, utpote qui, jam in dominiis comitis, litteras remissionis traderet [4].

§ III. — Supra comitem : regis ministri, scilicet immunium judex, per appellationem immunium judex, parlamentum, magnumque concilium.

Nempe regales praepositi, cum personam regis gererent, superiores Comiti apanato evadebant, quorum alii in

1. xv seculo decedente, P. 1410² 6⁹, f° 1 : « ... a esté mis en voz prisons de Coingnac, plaise... en pitié et aulmosne... donner lad. amende ou d'icelle... telle partie qu'il plaira à Vous et à mgrs de Vostre Conseil... »
2. *Append.* J, sept. 1477.
3. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. V, cap. III.
4. Oct. 1499, JJ 233, f° 72 r° ; januar. 1498-9, JJ 231, f° 164 v°.

proximo apanamenti confinio, alii in ipso apanamento, denique alii habitabant Parisiis.

A. *In proximo confinio*, versabantur senescalli Aquitaniae, provinciae Petrocoriensis, Pictaviensis Lemovicensis, gubernator urbis Rupellae, praesertimque Santonicae provinciae senescallus [1]. Nempe eos consulebat Rex de actis ad apanamentum respicientibus, alium senescallorum aliumve eligens, pro regione apanamenti cujus haec acta referebant. Quā de causā, apanamentum igitur non erat individuum neque unum in summā corpus efficiebat, quod dirimi non posset; at potius una quaeque castellania regionum consuetudine movebatur et, pro statuto locorum, ex hāc vel illā regali senescalliā pendebat.

Quod si vero his omnibus senescallis permitteretur, in engolismensi provinciā, cura causarum regalium, aderat periculum ne, jus apanamenti sine intermissione praecipientes, jurgia provocarent perpetua ; id, reverā, accidebat siquidem santonicae provinciae senescallus continuis litibus cum comite conflictabatur [2]. Senescalli igitur tutam facere nequibant hanc aequabilitatem decernendi, quam a judicibus fas est exigere ; quippe qui manifestius aequo Regi causam adjudicantes, pro illo stare viderentur.

B. *In engolismensi apanamento*. — Quare, procul dubio, fortasse ad, in alterius rei studium, conver-

1. A° 1464, P. 1410[1] 941 « seneschaux de Guienne, Xaintonge, Lemosin, Périgort, le gouverneur de la Rochelle... » ; jan. 1498-9, JJ 231, f° 117 v°, 118 r° ; Petrocor. senesc. 13 febr. 1478-9, P. 1410[1] 950; Pictav. senesc. 28 jun. 1512, « P. 1406[1] 615 ; Vide *appendicem*, J. sept. 1477.

2. 29 jul. 1469, P. 1410[1] 951 ; *ib.* 948[1] ; P. 1404[1] 141[B] *bis*, f° 1-6, etc.

tendas hominum mentes, satius visum est regalium rerum curam, ut in tuto ponerentur, peculiaribus judicibus committere. Quos profecto, etsi non abjiceretur propositum recurrendi ad senescallos, adhuc haud longe manentes, Judices in apanamento positos Rex instituebat ; ita tamen fieri potuit Regem, quo melius sua dissimularet consilia, Comiti engolismensi, pariter ac, anno 1494, contigit duci Borbonensi, jus candidatos tradendi concessisse [1] ; quam si facies conjecturam, tibi licebit intelligere quod, anno 1499, Rex affirmabat : « ouquel pays d'Angoumois, n'y a nul juge de par Nous [2] » (in quo Engolismensi pago, nullus est judex a Nobis). Namque plane constat tunc fuisse unum, sin minus duos, in engolismensi provinciā, Immunium judices, quorum, ab anno 1469 ad annum 1505, ne nomina quidem nos fugiunt [3]. Aliā vero parte, haud liquet senescallum Pictaviensem vel Santonicae provinciae senescallum non sibi, eodem tempore, servavisse aliquid jurium

1. Carolus VIII duci Burbonensi concedit, 20 apr. 1494, « faculté de nommer, dans ses pays de Forez et de Beaujolais, aux deux offices de juge des exempts par appel, » P. 1359², n° 750 ; vide *appendicem* G [3].

2. Januar. 1498-9, JJ 231, f° 117 v°, 118 r° ; 4 august. 1483, contra, verba facit curia Parlamenti « des officiers du roy es pays desd. pers. » scilicet imprimis Engolismensis comitatus X¹ᵃ 4824, f° 232.

3. Judices pro rege immunium per appellationem : a 20 mart. 1468-9 utique, ad 12 nov. 1503 : Helyas deinque Joannes Geraldi : P. 1410¹ 941, f° 3 v° ; 9 nov. 1469, *ib.* 952 ; 22-23 apr. 1472, [n. st.], X¹ᵃ 1485, f° 243 v° ; 13 jul. 1482, P. 1404, 2, n° 274 ; 4 januar. 1491-2, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 15, S. Yrieix ; 23 mai. 1493, X¹ᵃ 1500, f° 214 v°, sqq. ; 18 mai. 1499, Arch. Angoulême BB 1, f° 38 ; 7 jul. 1500, X¹ᵃ 4841, f° 350 v° ; 12 nov. 1503, Arch. Angoulême, AA 4 ; Eparchius Couillaud, 14 febr. 1504-5, P. 1403² 109 ; a° 1505, Arch. Angoulême AA 5, f° 41 r°.

quorum causâ nomen erat alterutri *jurisdictionum* et *immunitatum judex* [1]. Unde conjiciendum habemus *judicem immunium per appellationem* nihil aliud fuisse quam unum, super, aliis judicibus additum.

De hoc tamen certiores sumus Judicem quidem Immunitatum et Jurisdictionum, Judicem vero Immunium per Appellationem non fuisse unum et eumdem regalem ministrum. — Alteri enim, Immunitatum scilicet et Jurisdictionum Judici, cognitio competebat casuum regalium, utputa laesae majestatis, falsae monetae, adulteratorum regis sigillorum, violatae regiae tuitionis, etc. [2] Item, de causis ad Ecclesias privilegio munitas vel a Rege conditas, cathedralem engolismensem, Beati Eparchii, Beatae Mariae de Coronā abbatias, etc. [3] respicientibus, quoque cognoscebat : ratione materiae, ratione per-

1. P. 1410[1] 948, f° 1 sqq. : « de la partie du procureur du roy a esté dit que... le seneschal de Xainctonge, comme plus prochain juge royal du... pays d'Angolmois et dès le temps que icelui pays d'Angolmois fut baillé à feu mgr... d'Orléans, père de feu mgr Jehan comte d'Angolesme, derr. trespassé, fut ordonné et depputé pour auctorité royale, *juge des ressors et exemptions* dud. pays et comté d'Angoulmois. »

2. « Crime de leze magesté, en tos chiefz d'infraction de sauvegarde d'asseurté brisée... port d'armes,.. assemblées illicites,.. falcifficacion de lettres et seelz royaux,.. faulces monnoyes », etc. P. 1410[1] 948 ; [a 1467 ad 1496].

3. *Ibid.* « causes réelles, personnelles et mixtes de l'Église cathédralle d'Angoulesme, des abbayes de S. Cybart près led. lieu d'Angoulesme, de la Couronne et aultres abbayes et églises assises oud. pays d'Angoulmois, qui sont de fondacion royal, aussi de leurs vassaulx en fie et reffie... » — Inde quod demirabatur, anno 1887, abbas Blanchet (*Bullet. Soc. Arch... Charente*, p. 230), dilucide docetur. — Nempe, Beatae Mariae de Corona regia habebatur abbatia : *Ibid.* p. 26, n. 3, 17 octob. 1457; Nanglard, *Pouillé histor. dioc.-Angoul.* p. 328. Cf. *supra*, p. 31, n. 3 et 4.

sonae : quibus nempe rebus, verum fiebat nomen suum. — Alter autem, Immunium scilicet Judex per Appellationem, quum vadimonia concederet in appellationis casu dilata, quae partes, datā immunitate, sive a Comitis Jurisdictionibus, sive a localibus Regis Jurisdictionibus liberabant [1], pariter verum nomen suum probabatur.

Quapropter Instituta erant in engolismensi apanamento et in reliquo regno, hāc de re, simillima [2].

C. *Parisiense* quidem ad *Parlamentum* pertinebant provocationes Senescalli engolismensis, Magnorum Dierum, Judicum Immunium et senescalli Pictaviensis ; senescalli vero Aquitaniae, Lemovicensis, Petrocoriensis provinciarum et, sub Joanne Comite, provinciae Santonicae senescallus, urbisque Rupellae gubernator in Parlamentum Burdigalense conveniebant. Namque cum, anno 1462, creatum esset Burdigalense Parlamentum, pro-

1. Jul. et nov. 1469, P. 1410[1] 951 et 952 ; apr. 1472, [n. st.] X[1a] 1485, f° 243 v° ; 15 mart. 1474-5, X[1a] 1486, f° 265 v° ; 27 nov. 1476, X[1a] 1487, f° 126 v°, etc. ; 13 jul. 1482 : Loys [XI]... au juge des exemps par appel par Nous ordonné ou pays d'Angoulmoys ou à son lieutenant... De la part de nostre... cousin, comte d'Angoulesme, nous a esté exposé que cert... crimes... commis par N... sur les subgects de nostred. cousin, nostre sergent... l'a fait prisonnier... mais N... par force et par certain appel... s'est échappé... Nous ordonnons que... *nonobstant appel* prenez led. N. et *icelui prisonnier menez* à ses despens à la conciergerie de nostre Palais *à Paris* pour repondre... devant nostre Parlement... adjournez le à haulte voix, a cry public et à son de trompe... » P. 1404[2], n° 274 : Quapropter judex immunium per appellationem non habebat utique causam disjudicandam : hos, qui se ferebant immunes, ad Parlamentum conducere aliquoties jubebatur.

2. Vide thesim nostram gallice scriptam lib. V, cap. III.

vincia engolismensis huic foro fuerat contributa[1]; attamen, cum Comitatus in Apanamentum et Paritatem teneretur, id obtinuerat Comes ut sui in forum summi Parlamenti convenirent[2], Parisios scilicet, non autem Burdigalam ; quo beneficio non solum apanamenti, sed etiam omnium Comitis dominiorum subditis frui licuit[3]. Contra quod, pertinaciter jus suum prae se tulit Burdigalense Parlamentum, senescallique id in forum convenientes, pro virili parte, multa turbaverunt, regalibus servientibus, immunitatem Comitum Engolismensium pronuntiantibus, in vincula conjectis, nequidquam[4] ; connisi non istum valuerunt ad vincendum privilegium, quod sane permansit.

In eo quidem poterat Comes gloriari quod nullius clientelae nisi fori Parisiensis esset ; immo etiam, quod Engolisma multo amplius distaret Parisiis quam Burdigalā, et quibusdam litigantibus territis suaderi poterat ut Magnos Dies, pro appellationis jurisdictione, satis haberent ; quo in casu, cum subditi Comitis, tum Comes ipse sibi potuissent gratulari quod in forum convenirent

1. P. 1410[1] 953 : « lad. conté d'Angolesme, ut ait Ludovicus XI,... située ès fins et limites de... nostred. Parlement de Bourdeaulx » ; cf. Isambert X 448 sqq. ; *Ord.* XVI, 175 ; 7 febr. 1462-3, Arch. Gironde, B 29, f° 60 r° et 77 r° ; 12 jun. 1462, K 708 n° 27, etc. ; « la cour souveraine créée par Charles VII, août 1451, siégea sûrement en juin 1452 et précéda le Parlement », E. Brives-Cazes, *Orig. Parlem. Bordeaux*, 1887, pp. 59-84 ; et 4 n. 1.

2. 13 octob. 1463, P. 1410[1] 953 ; 1497, *Fr.* 8815, f° 25, r° et v°.

3. Cf. *Supra*, p. 24, n. 8.

4. 24 apr. 1469, P. 1410[1] 948[3] ; 24 febr. 1490 [n. st.], P. 1410[1] 937 ; 9 jul. 1491. *Ib.*, 940 ; jun. 1500, P. 1408[1] 732[20] ; P. 1410[1] 948[2] etc.

Parisios. Re autem verâ, ex eo quod jus Parisiis repeterent, nihil amplius Comiti subditisque suis proficiebat quam ut majore pretio solverent judicia. Non enim tantulum ob incommodum, lentior fiebat ad litigandum alacritas ; quippe non vacabant dies, in Parlamento, engolismensi provinciae reservati [1]; quin, extra illos dies, de rebus engolismensibus lites abundabant; nempe nobiles [2], cleri [3], ignobiles etiam [4], omnes persequebantur res permultas, compertumque habemus Comiti opus fuisse cum flagitatoribus procuratores et advocatos, qui Parisiis habitarent [5], constanter suis sumptibus tolerandos ; siquidem, uno anno, Comes propemodum triginta litibus distinebatur Parisiis [6], praeter quas poterat alias persequi. Quare debebat unusquisque, in engolismensi tractu, coactor diligenter asservatum quotidie indicem corrigere litium, quae instabant de personis aut rebus, coactioni suae contributis [7]. Aliunde nobilitas clerusque in sumptibus quaestionum exercendarum partim consumebant opes ; itaque magistratus urbis Engolismae pariter ac episcopus pecuniam sic impensam conquerebantur [8].

1. Jul. 1487, Mémoyre de envoyer aux jours d'Angoulmois à Paris, en Parlement : Sequitur causarum index, P. 1406[2] 636[31].

2. Jul. et aug. 1455, X[1a] 1483, f° 217 v° et 225 : august. 1459, X[1a] 1484, f° 66 r° ; jan. mai. jun. august. 1470, X[1a] 1485, f° 17 r°, 60 v°, 78 v°, 86 r°, 97 v°, 89 v° etc.

3. August. 1452, X[1a] 1483, f° 44 v° ; 19 nov. 1471, X[1a] 1485, f° 204 v°, 285 r°.

4. P. 1406[2] 636[33] etc.

5. *Supra*, p. 85, n. 1 ; Jun. 1464, P. 1404[1] 142[A], f° 4 *bis*; a° 1487, P. 1406[2] 636 [31 et 33].

6. *Fr.* 8815, f° 35 r°, 37 r° etc., a° 1497.

7. *Ibid.*

8. Arch. Angoulême AA 4, n° 16, 1 febr. 1491-2 ; 31 jul. 1464, Arch. Charente *fonds Evêché, Revenus*, tit. II : « Mess. Robert,

Ceteroquin omnibus obeundis Parlamentum non sufficiebat; nonnullisque de causis majoris momenti, quae non Parlamento permissae vel ad id forum non erant relatae, inquirebatur ante *Magnum Consilium* [1].

In summā, cum haud facile Parlamentum se moveret, etiam principis, quantumvis magni [2], causā, Parisiis agebatur magna pars vitae judicialis engolismensis provinciae. Ideoque, sic animo percipiente, jus dominii et jurisdictionis, in apanamenti constitutione, Regi reservatum, multo magis regiae utilitati quam rebus Comitis vel subditorum commodis videtur profuisse.

Conclusio. — Ergo cavendum est ne decipiamur magnā judicum frequentiā, in apanamento institutorum. Licet enim, infra Comitem, judicia in imorum, mediorum, altorumque judicum, castellanorum et baronum manibus dispergerentur; circa Comitem, sub auctoritate senescalli, locumtenentis, assessoris, judicum-in modum-praepositorum, « commissariorum » ante magnos dies, in unam cogerentur potestatem ; nihilominus constat magnam causarum copiam ad Regis ministros provocari, nempe ad judices Immunium, ad regales senescallos potiusque ad Parlamentum et magnum Concilium, supra

evesque d'Angoulesme. a eu de grands procès et contre grandes parties, qui lui ont esté insourportables et, si n'eust esté que led. Révérend Père avoit autre[fois] pratiqué, il n'eust peu entretenir son estat. »

1. A 1490 ad 1495, P. 1410[1] 946 et 944 : « à nossgrs du grant Conseil, supplie humblement le conte d'Angolesme... « Extraict des registres du Grant Conseil : entre mgr le comte d'Angoulesme, per de France, evocant... » etc.

2. « Combien qu'il n'y ait si grant sgr ou royaume, exceptez le Roy et mgr le Daulphin, qui ne doye venir et comparoir en la court quant elle l'ordonne... » X[1a] 1487, f° 34 r°.

Comitem. — Re demum verā, unus judex erat, ad quem reducebantur omnium aliorum jura, is a quo tenebat apanamentum ipse Comes ; is erat Rex.

Rex autem, simul ac tot viris quasdam relinquebat auctoritatis judiciariae particulas, non curabat ut melius nec citius, neque minori pretio causae dijudicarentur ; sed imprimis obsequebatur superbiae et rebus nummariis Dominorum, Cleri, Urbium et Comitis. Verbo quidem et specie tantum, instituta feudorum observabat, re ipsā, per jurisdictiones et jus appellationis, adeo suam dominationem in tuto collocaverat ut Rex, verius quam ipse Comes, tribunalibus engolismensis apanamenti dominaretur.

CAPUT VIII

De militaribus institutis

Populi qui dominum suum videbant judicis personam gerentem, in eodem quoque virum militarem videre solebant. Medio enim aevo, res militiae et judiciorum nullo modo inter se repugnare videbantur.

Quemadmodum tres erant, in engolismensi provinciâ, judicum gradus, ita tres quoque ducum militarium gradus habebantur : scilicet infra, circa, supra Comitem.

Quatenus autem potentissimus illorum ducum, Rex, aliquid imperii ceteris relinqueret perpendemus.

§ I. — Infra comitem.

A. *Propugnacula*. — Contra hostium irruptionem, — qualis recenter, etiam anno 1449, in apanamento visa erat [1], — regionis defensio, saltem ex parte, firmabatur castellis, oppidis moenibus circumdatis, et praesidiis eorum.

Nempe domino cuicumque castellano jus erat muni-

1. Mathieu d'Escouchy, édit. Beaucourt, I, 168 ; — Berry, Godefroy, *Charles VII*, p. 434 ; Berry, éd. Stevenson, *Recouvr. de Normandie*. p. 252-253 ; — Rotbertus Blondelli, ed. by Stevenson, t. 32, *Monum. Britanniae*, p. 31 ; — Jean Chartier, Vallet, I, p. 74 et ss.

tum habere castellum [1]; quapropter, ex institutis rebus, duo et triginta castella in engolismensi comitatu, sex et triginta in ducatu numerabantur [2]. Intra castellaniae fines, nemini quidem domum privatam, fossas perducendo muris et turribus munitas, in castellum convertere licebat, nisi libente castellano. Sin aliter, ob delictum « novi operis », castellanus expostulare poterat ut fossae complerentur, muros diruendo injuriā extructos [3].

1. Circa 1464, v. *infra*, n. 2, p. 170.

2. Vide : engolism. locorum partitionem. — [med. sec, xv], in engolismensi agro jurisperiti dicebant : « Item et aussi si seste voye estoit ouverte qu'il fust permis à chascun de pouvoir bastir et ediffier chastel, il n'y auroit chastellenie en ce royaume là où il n'y eust plusieurs et divers chasteaulx, car *il n'y a chastellenie en ce royaume qui n'ait esté divisée en pluseurs parties, depuis 5 ou 6 cens ans* : laquelle multiplicacion de chasteaux seroit et pourroit estre cause et matière de nourrir envyes scandalles et grans divisions,.. » P. 1406[2] 636[21], art. 57. — In castellaniā quālibet, novum aedificare castrum, castro castellaniae jam stante, « seroit une bastille ou fortifficacicn contre led. chastel », P. 1406[2] 643 (radiat.).

3. 28 mai. 1460 : Charles... roy de France... led. Regnaut Chabot ne autres... ne doivent... faire construire..., en lad. ville de Jarnac, chastel tours ne murailles sans congié... de nostred. cousin, le comte d'Angolesme... que s'aucun... s'efforçoit... de faire chastel place forte... [est en droit]... de le contredire... et le tout faire demolir reparer amender et remettre au premier estat. P. 1406, 2, 643 (radiatum). — 3 nov. 1466, Loys... roy de France... Chabost a fait faire,... ès murailles... de lad. maison, plusieurs canonnières et arbalestrières et autres... fortifficacions ; combien que lesd. fortifficacions... n'ait... deu et ne puise de nouvel faire bastir et ediffier *sans le congié de Nous* et *consentement* de nostred. cousin [*le comte d'Angoul.*] duquel led. Chabot tient noblement... » *ibid.* — Post 1467. « led. feu Chabot s'efforça faire... tours,... et à ceste cause luy fut denoncé par led. feu mgr le comte d'Angolesme [Jehan, † 30 avr. 1467] NOUVEL EUVRE, sur ce s'est assis procès... » P. 1406[2] 636[12]. — Cf. quae delibaverimus, 1888, apud *Positions des thèses... École des Chartes*, p. 39.

Verumtamen nonnulli alti judices contendebant jus et fas esse sibi munitum habere castellum [1].

Castelli autem, ut semel aedificati, onus tuendi suscipiendum erat incolis castellaniae; quippe in eos castellanus habebat « jus refectionis [2] ». Quod si castellum erat dirutum, jus illud sopitum quidem dormiebat et habebatur « languescens », « en souffrance », ut gallice aiebant, non vero moriebatur [3].

Insuper castellano licebat habere centurionem, vulgo « capitaine », qui muris reficiendis praeesset et, omni ratione, invigilaret tutelae castelli [4]. Etenim cum castellum se integrum haberet, intellectu facile consequaris officium incolarum castellaniae non esse absolutum; quippe qui castellum, noctu praesertim, in exitu quocumque, quā potuisset hostis pervadere, stando custodire deberet. Nempe, ponè lapides, oportebat habere viros,

1. 8 sept. 1426, P. 516² 714, f° 3 v° : « ... à hommage lige... toute la justice haulte, moyenne et basse... o tout le droit de forteresse, de guet en la paroiche de Vaulx, en lad. chastellenie de Jarnac. »

2. Circa 1464, P. 1404¹, n° 142ᴬ, f° 6 r° : «... en possession et saisine... de, en iceulx lieux,.. prandre guet guarde porte et réparacions sur tous les manans et habitans, dedans les fins et mettes dud. chastel, terre et sgⁱᵉ... », *ib.* 3 r°, »... droitz... de guet, garde, porte et réparacion... appartenans à tout vray sgr-chastellain... » — 22 mai. 1472, « contraindre les habitans à repparer... » P. 1406² 636³⁵.

3. 30 apr. 1460, P. 516¹ 715 : » Jehan, conte d'Angoulesme... aux seneschal et capitaine de nostre terre et sgⁱᵉ de Jarnac... à N... avons donné, par ces présentes, terme respit et souffrance de non faire lesd. gardes en nostred. chastel de Jarnac, à présent desmoli, pour le fait des guerres, du jourd'uy... jusques à six ans... ».

4. Circa 1464, P. 1404¹, n° 142ᴬ, f° 6 r° : « en possession, en lad... sgⁱᵉ de Vibrac... mettre cappitaine... ; 3 r°... et autres choses appartenans à tout... chastellain ». — [xv. secul.] « à fère lad. fortifficacion [de Jarnac]... estoit aidant ledit N qui bailloit

ad ministerium excubiarum ante portas, sub custodiā centurionis : quod gallice nuncupatur « le service de guet et de porte [1] ». Si quis ab excubando deficeret, eam defectionem consequebatur absenti mulcta vel jactura familiaris rei, quam centurio capi jubebat [2]; attamen id excubiarum onus pretio redimere licebat [3].

Nobiles vero, aliā ratione eodem fungi ministerio debebant, quippe qui in castellum e quo sua pendebant feuda, venire cogerentur et ibi decem dies, vicenos etiam, unum mensem vel duos menses morari, stantes seu facientes « stagium [4] ». Quod si feudum teneret mulier, non utique, sexûs causā, ministerio stagii erat immunis [5], sed, in engolismensi provinciā, consuetudinis erat, datā pecuniā, se liberare stagio etiam saepius quam excubiis [6].

l'argent, comme capitaine susdit, quand il convenoit poier les ouvriers », P. 1406[2] 636[39c].

1. Circa 1464, *supra*, not. 2 et 4, p. 170.

2. « En deffault de ce [guet, garde, etc.], les constituer en amande telle que en tel cas appartient » ; circa 1464, P. 1404[1], n° 142[A], f° 6 v° ; 6 sept. 1488, X[1a] 1495, f° 372 r°.

3. 20 jan. 1490, [n. st.], P. 1410[1] 939 ; v. thesim nostr. gall. script., lib. III, cap. IV, p. 475 et s.

4. 8 sept. 1426, P. 516[2] 714 : « dix jours de gardes rendables au chastel dud. lieu... par chascun an... », « un mois d'estage » ; 4 dec. 1445, P. 516[1] 605 ; 12 august. 1446, P. 513[1] 12, « faire estance oud. chastel par 2 moys chascun an, à la requeste de monditsgr » ; 12 jul. 1470, P. 515[1] 525, *ib.* « par trois moys estage oud. chastel,.. chascun an, quant j'en seray requis » ; 23 jul. 1470 « vassaux...doivent venir armez et apareillez à la sommation dud... ecuyer... », P. 514[1] 310 ; — v. *infra*, n. 6; Nobiles tamen excubiarum ministerio « garde » nuncupato, fungi aliquoties debebant : « les gardes deues par led. escuier... au chastel de Jarnac » ; 19 dec. 1469, P. 1406[1] 606.

5. 19 jul. 1506, P. 515[2] 533.

6. Cf. supra, n. 4 ; 19 jun. 1447 « suis tenu faire... les estages, chascun an, à Merpins, à la requeste de monditsgr, [le comte

Insuper ipsi monachi, quales in abbatiā Beati Eparchii, nobilium instar laïcorum, moenia poterant habere defendenda; quamobrem ipsi quoque praesidium, excubandi causā, sibi comparabant [1]. Immo, duorum habemus nomina virorum, anno 1452, in hebdomade festi ad Omnes Sanctos, designatorum ut, quāque nocte, a die lunae ad dominicam diem, agerent vigilias [2].

Praeterea, urbes munitae, Engolisma in primis et Compiniacum, sibi attendebant custodiendis. Sane ad eas plerumque non spectabat cura excubandi, siquidem, pro talibus curis, habebant centurionem, sub comitis signis militantem. At custodia portarum murorumque poterat eis relinqui committenda [3]; etenim claves, e manibus urbanorum Engolismensium a senescallo comitis ereptae, eis, anno 1437, cum bonā gratiā, redditae fuerunt [4]; insuper, anno 1512, ad portas melius custo-

d'Angol.] par 2 moys, desquelz estages mes prédecesseurs et moy avons acoustumé à finer avec le chastellain dud. lieu de Merpins jusqu'à 50 solz... et à ma élection de finer desd. estages ou de les fère », P. 515[1] 491 ; 29 nov. 1445, *id.*, P. 515[1] 487.

1. Vide notam sequentem; Arch. Angoulême BB 1, f° 63 r°, a° 1499. Cf. a° 1376-1377, Arch. nat. K. 499 (olim J 1167, n° 7), 19a membranulā.

2. « Ordonnance du guet de S. Cybart ordonné la vigille de Toussaincts mil iiij^c lij : le dymanche, Belote et Pierre Santerre ; le lundi M. Colin et Mygonnet Lanier : le mardi, etc. Arch. Charente H. *Cartularium Beati Eparchii* JJ, f° 123 r°.

3. 14 sept. 1499, « visite... des rempars d'Angoulesme... par le conterolleur et procureur des maneuvres de céans, appellé (sic) avec eulx les maistres massons », Arch. Angoul. BB 1, f° 58 r°, 62 r° ; 1 apr. 1502 : « aussi a esté appoincté que la porte de Chande ouvra et sera gardée comme une des autres portes de lad. ville... » *ib.* f° 81 ; 16 mai. 1502 « couverture à faire de la Tour Sauvaget », *ib.* f° 104.

4. Babinet de Rencogne, *Bull. soc. arch. et hist. Charente* 1868-1869, p. 659-662 : «... maire et échevins d'Angoulême... de

diendas, scabini tutamenta tegulis tecta exstruere in animum inducebant [1]. Quinetiam urbes sibi extroardinaria, sub comitis vel etiam Regis arbitrio, imponebant vectigalia, ut pecuniam, munitionibus necessariam, praeciperent [2]. Scilicet Engolisma urbs optas integrasque tuebatur arcuballistas et brigancios [3]; itemque urbanus, recenter urbanā paritate praeditus, anno 1502, jurejurando confirmabat se urbi arcuballistam ex acie merā daturum [4]. Denique urbi erant etiam belli machinae et tormenta [5].

B. Id autem sive comes, sive Rex, quasi invidentes castellanis, viris ecclesiasticis et urbibus recusabant ne sibi assumerent milites colligere. Quippe militum delectus non instituebatur nisi regis jussu et operā Comitis [6].

toute ancienneté... avoient la garde et gouvernement des clefz des portes de leur ville... »

1. Arch. Angoul. BB 1, f° 345 v° et 350 r° : « le corps de ville fait faire une porterye couverte de tieuble, affin que les portiers et ceulx qui garderont lesd. portes les puissent myeulx garder. »

2. A° 1410, Arch. Cognac, *Coll. Albert*, t, 33, p. 2.

3. 28 oct. 1499 et 11 apr. 1502, [n. st.] Arch. Angoul. BB 1, f° 62 r°, 96 v° : « arbalestes et brigandines... seront rendues céans toutes nettoyées et enveloppées de toile pour éviter la rouille. »

4. 17 jun. 1502, Arch. Angoul. BB 1, f° 113 r° : « fait le serment... bailher une arbaleste d'assier garnye de bandage, dedans ung moys. »

5. 9 nov. 1498, Arch. Angoul. BB 1, f° 12 r° : « par le receveur de céans sera bailhé... 20 s. t. pour 8 livres de pouldre de canon, qu'il mit ès artilheries. »

6. B. N. *Fr.* 20379, f° 42 v° A; 9 august. 1470, P. 513³ 222; [a° 1360-1370] et 1 oct. 1479 : hommagium... « item debeo et habeo mandare *ad mandatum dicti domini principis* vel ejus locumtenentis *exercitum* dicti principis et *deducere teneor* per me vel per servientem meum si non possim interesse ; et dictus dominus princeps tenetur mihi vel servienti meo eundo et reddeundo in expensis providere », P. 513³ 170 et 172.

Nonnullorum etiam dominorum hāc de re, officia erant praefinita : sic Jacobi de Losme, anno 1470, munus erat, de mandato praepositi Engolismensis, per servientem, homines facere certiores « congregandi exercitus » ac « si res postulabit, compellet eos ad praedictum exercitum venire, ni venire velint cum de congregatione fuerint moniti [1] ».

§ II. — Comes ejusque praepositi

Imperiumne quidem militare Comitis ut apanati, gradu potius quam naturā discrepabat ab auctoritate dominorum castellanorum, militiae? In rebus enim militaribus, sicut in rebus fori, duobusne simpliciter gradibus eis superior erat, si, inter Comitem et castellanos, barones interponas, unove tantum, si perpendas animo barones, licet pluris aestimarentur, non amplius quam castellanos militiae valuisse ?

A. *Propugnacula.* — Sane castellis quae possidebat in castellaniis, sub manu suā positis, scilicet Engolismensi, Botavillari, Compiniacensi, Merpisiā [2], neglectis etiam aliis Castro-Novo et Jarnaco [3], dandam per se operam Comes habebat; quare, in his posuerat jam

1. P. 513³ 187; 7 apr. 1470 : « se besoing est, les compellera venir aud. ost, si ne veulent venir quant l'en leur aura fait assavoir. »

2. P. 1415 f° 1 [*bis*] et *passim*, index computorum, ad castellanias terrasve sub manu Comitis positas, spectantium.

3. *Ibid.*, nempe haec castellaniae extra fines comitatûs vere dicti engolismensis habebantur : vide partitionem eng. agri et Album in *appendice*.

nobis notos centuriones, quos ipse loco movere poterat [1]. De reficiendis autem castellis, senescallus engolismensis provinciae decernebat [2], Comite et Consilio, quantum suspicari licet, approbantibus. At cujusque castellaniae procuratori qui olim, saltem in quibusdam, refectiones habuerat incipiendas [3], non jam inde, ab anno 1519, fuit jus operam pluris quam decem librarum in anno edicere faciendam. Centurio quidem, deficiente operarum magistro [4], praeerat refectionibus [5], quas vero inspiciebat coactor [6]. Incolae autem cujusque castellaniae, in manu Comitis servatae, ad muros laborabant reficiendos [7], haud

1. *Supra*, p. 69, n. 1 sqq.; X^{1a} 8324, f° 151 sqq.; 7 mart. 1496-7 : Mortuo Carolo engolismensi comite, a° 1496, castri engolismensis castellanus eodem castro fuit remotus : «... après le trespas du Comte, le Conseil assemblé... on a trouvé que, entre autres officiers, Partie, qui se disoit capitaine du chasteau d'Angolesme ne servoit de riens ; on a aussi trouvé que les habitans se plaignoient de ce que il prenoit sur eux et touteffoys le chasteau n'estoit en riens reparé et avait Partie tout mis en sa bourse... »

2. P. 1406^{2} 636^{39c} : « fit remparer et fortifier la ville... par commandement du... seneschal », circa initium xv seculi.

3. P. 1403^{2}, cxj [art. 9] : Loyse... duchesse d'Angoulmois... : « item, que nos procureurs qui sont en chascune de noz chastellenies et seigneuries... ne facent nulles réparacions excédans la somme de 10 liv. t. pour tout par an sans en advertir le Général de nosd. finances ou bien nosd. gens des Comptes... »

4. Vide thesim nostr. gall. script., lib. III, p. 286 ; Erat contra operarum magister apud duces Valesium (20 febr. 1484-5, *Fr.* 26099, n° 103) Aurelianensemque, Burbonensem (KK 282, f° 44 r°, a° 1456-8), Andegavensem, Burgundum etc.

5. A° 1460, P. 516^{1} 603 *ter* (1-5), f° 12 v° ; 7 mart. 1496-7, *supra*, n. 1.

6. [1491-1499], Arch. Cognac, *Comptes*, I : « à maistre Jacques Laisné, juge, François Richer, receveur des chastellenies de Coingnac et Merpins et François du Mayne, bourgeois de Cognac qui visitent les reparacions des Ponts de Cognac, telles sommes qu'il plaira à nossgrs des Comptes. »

7. *Supra*, p. 170, n. 2 et 4 ; p. 175, ipsa n. 1, 7 mart. 1496-7.

secus ac incolae castellaniarum a vassalis habitarum. Pariter quoque obnoxii erant ministeriis excubiarum, portae, stagii, a quibus sinebat Comes ut, datā pecuniā, se redimerent [1]. Comes ipse, non minus quam domini omnes, in regno, magni aut humiles, patiebatur edicta regia, de ordinandis excubiis [2]; quae ni observaret, periculum obibat jurium castellani amittendorum. Rursus auxilio regis utebatur ut cohiberet ne quis vassallus jura sua Comitis et Castellani jura praeciperet [3].

2° Comes enim vero majoris habebatur dignitatis quam simplex castellanus, utpote qui Castellanorum, in engolismensi provinciā, Castellanus esset, cujus imperium eorum auctoritati supereminebat. Namque eorum propugnacula speculabatur quae reficienda curabat [4] et ministeria excubiarum custodienda. Itaque ut Comitis tribunalia vassalorum tribunalibus superiora erant, sic imperio militari muris eorum et turribus dominabatur.

Absentibus autem Comitibus, haec militaris dominatio, disciplinā generali, concessa, ineunte quintodecimo seculo, senescallo obtigerat provinciae engolismensis praefecto, quem Comites nomine decoraverant « centu-

1. 6 febr. 1513-4, P. 513³ 139; 21 nov. 1519, P. 1404², n° 204; cf. *supra*, p. 171, n. 3 et 6.

2. 2 dec. 1486 X^1a 1494, f° 16 r°; « faire guet et garde en son chastel... de N. ou, en défaut de ce, paier les défauts, selon les ordonnances royaux »; vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, cap. III, p. 470-478.

3. *Supra*, p. 169, n. 3, etc.

4. 31 jul. 1450, « pour avoir esté oud. mois de juillet à la Tourblanche, devers le sgr de Bordeille, pour la garde de la place », British Museum, *Addit. Chart.* 12412; ante 1467, Bibl. nat., *P. Orig.* 68, n° 1398, p. 9.

rionem generalem » totius apanamenti [1]; scilicet Guillelmus Buticularius et Guillelmus Bataillé illum prae se tulerant titulum, qui postea non jam delatus fuit [2].

Profecto omnibus invigilare castellis et munitis urbibus, intra cujusque castellaniae fines, omnino fuisset inane nisi refectiones imperare licuisset instantes pretiumque solvere. At certe nimio sumptui esset Comiti, marte suo, tales impensas facere, reclamante etiam proverbio : « honos onus ». Quapropter incolae [3] et imprimis barones et castellani, urbes et ipse Rex [4] in

1. Guillaume le Boteillier, chevalier, sgr de S. Chartrier, conseiller et chambellan de... mgr le duc d'Orléans, son capitaine, seneschal et gouverneur en... comté d'Engolmois » : 29 oct. 1396, P. 516², n° 718; 1 jul. 1402, Bibl. Nat., *Fr. Nouv. acq.*, 3640, Coll. Bastard, 416, etc.

2. *Ibid.*, cf. *supra*, cap. IV, p. 59, sqq.

3. 15 mai. 1415 « 2000 liv. t. naguerres octroié à monditsgr le duc [d'Orléans] par les gens des 3 Estas de son conté d'Engolesme », Bibl. nat., *N. acq. fr.* 3642; *coll. Bastard* 689; 31 jul. 1450, *Addit. Chart.* 12412; 15 jun. 1451, Bibl. nat., *Fr.* 26080, n° 6362 : «... Jehan conte d'Angolesme... la somme de sept vins dix escus d'or, que naguères nous ont esté octroyez par les habitans de Chabanès-Confolant et Lobert pour et en récompensacion de certains charroiz qu'ils devaient fournir pour mener vivres et artillerie... » ; 28 nov. 1449,... « pour la redducion de la place et chastellenie d'Aubeterre... soit besoing... que les manans et habitans desd. pays d'Angoulmois... contribuent... » Brit. Museum, *Add. Chart.*, 206.

4. 1 dec. 1403, Carolus VI solvi jubet duci Aurelianensi « la somme de six mile frans d'or, pour la composicion par Nous faicte avec lui, pour la garde des forteresses et chasteaulx du païs d'Angoulesme... » B. Nat., *P. Orig.*, t. 2155, n° 5-323 (222), *dossier Orléans*; *id.* aug. 1405, *ib.* 359 ; a° 1407, donat Carolus VI suo fratri Ludovico Aurelianensi « 6000 f^cs d'or, pour la garde des forteresses de l'Angoumois » K 67, n° 26; 13 mart. 1464-5, « Loys... roy de France à... R. Chabot,... sire de Jarnac.... faictez emparer mettre et tenir en estat vosd. places et villes... »

partem veniebant ut Comiti summa tantae pecuniae suppeditaretur necessaria. Nempe quot annis, ut, ex anno 1452, colligi potest, domini quatuor millia librarum, permissu regis praebebant [1]. Pariter urbi Engolismae, regnantibus Carolo septimo et Ludovico undecimo, ut sua moenia teneret integra, licuit exigere vectigal [2]; quo ut bene urbs uteretur, negotium inspiciendi a Rege Comiti datum fuit. Rex quidem, in engolismensi provinciā, sicut alibi acciderat, amplissima procul dubio repetere castella [3], quemadmodum cathedrales ecclesias, a regibus conditas, sibi vindicabat ; hāc vero de re, benignius suo jure usus, ad reficienda castella, Ludovico Aurelianensi sex millia librarum quot annis dabat; immo etiam Ludovici posteris annuarum mille vel duo millia librarum addidit [4]. Scilicet hi sumptus, per speciem, decernebantur militiae causā ; namque engolismensis provincia reputabatur marchia in finibus [5]. Quod

P. 1406[2] 637[23], f° 2 r° ; a° 1495... reparation des places d'Angoumois... 1000 liv. données par le roi... à... mgr le conte sur les tailles d'Angoumois... », *Fr.* 23900, f° 149 r°; mai. 1496 « voyage pour faire payer à Madame [comtesse d'Angoul.], ce qui luy est deu pour la réparacion des places de la comté d'Angoumois », *Fr.* 8815, f° 8 r°.

1. *Infra*, cap. IX.

2. Babinet de Rencogne, *Maires d'Angoul.*, *Bull. Soc. arch. et hist. Charente*, 1868-9, p. 563 sqq. ; Bibl. nat., *Nouv. acquis. fr.* 3378, f° 23 ; Arch. nat., P. 2299, f° 261 r° et 262 v°.

3. Mart. 1472-3, X[1a] 1486, f° 45 v° ; vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, cap. III, p. 455 et s.

4. Supra, n. 4, p. 177 ; infra, cap. IX, p. 200, n. 3.

5. Vide Litteras Ludov. XI, 20 sept. 1461, *Bull. Soc. arch. et hist. Charente*, 1868-9, p. 565 ; P. 2299, f° 261 r° et 262 v°, a° 1500, P. 1404[2] 272 et 273, « forteresses et chasteaux du païs d'Angoulesme, qui sont en frontière de guerre », dec. 1503, etc., B. nat., *P. Orig. Orléans*, 2155, 5-323.

quidem ante, non vero post, recuperatam Aquitaniam, verum erat; itaque Regis tributum, in secundo quintidecimi seculi dimidio, minus quam in primo fuit [1]. Bellicae tamen rei causam praedicavit Comes engolismensis, quando pecuniae summas a Rege voluit impetrare, ad reficiendos Compiniaci pontes, solos ex omnibus, uti causabatur, in quos grave onus machinamentorum Franciae se committere auderet, ad transeundum flumen Carentonum [2].

B. Comitum jura, quae ampliora juribus simplicium castellanorum se habebant, ad omnes, defendendi causā, munitiones apanamenti reficiendas vel custodiendas, non ea jam adeo superabant de re maximi momenti, scilicet *de militibus colligendis*. Acrius enim suis antecessoribus, Carolus septimus id omnibus sui regni dominis pronuntiaverat vetitum, quod longius in Franciā bella privata protrahebat, ne sibi jus arrogarent aliis quam regi comparandi exercitûs [3]. Quae sane Regis mandata a Comitibus engolismensibus in « Pragueriā » et « Boni publici » conjuratione diligenter observata sunt [4]; eis quidem per « Bellum futile » (gallice « Guerre Folle ») minus obtemperatum est [5], sed instituta disciplina tandem permansit jusque regis ita confirmatum est ut alia jura excluderet.

1. A° 1495, *supra*, p. 70, n. 8.

2. A° 1495, sqq., *Fr.* 23900, f° 149 r°, 132 v°, 168 v°; a° 1500, P. 1404² 272 et 273.

3. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, p. 526, de armigeris comitis quibus stipendium dari rex jubebat, vide *infra* p. 199, n. 3; p. 200, n. 1.

4. Bibl. nat., *Fr.* 26090, n° 409; 421; *P. Orig.* 2751, n° 61488 charta 6, etc.

5. Maulde (de), *Hist. de Louis XII*, t. II, p. 171, 173, 176; — *Louise de Savoie et François I*, 1895, p. 13; cf. K 530⁵, n° 14.

Immo plus valebat rex efficere, siquidem non indigebat auxilio Comitis, quando placebat aliquid, de re militari, ejus vassalo praecipere [1]; quamobrem Regi, suo arbitratu, licebat negligere comitem qui jam, ne medius quidem, interveniebat.

Quod si, ex more ab antiquis tradito, jura quaedam ita Comiti essent relicta ut, jussu Regis, milites armatos e diversis Comitatûs partibus duceret ad locum, quo erat conveniendum [2], ea certe parvi erant momenti ; sic enim Comes suā manu saltem arma debebat capessere, quando quidem ei non erat, sicut Aurelianensi duci, marescallus [3] nec jam, ut antea, centurio generalis [4].

§ III. — Supra comitem : rex

Sciendum vero nobis superest an Comiti Rex non restitueret, aliā ratione, aliquid jurium quae abnuere videbatur.

Quod ut compertum habeamus, satis est inspicere quis daretur locus in praecipuis delectûs elementis, quibus supplebatur agmen regium, id est : banno et retro-

1. 13 mart. 1464-5, P. 1406[2] 637[23], f° 2 r° : « Loys... roy de France, à nostre amé et féal Regn. Chabot, chevalier, sire de Jarnac... comme puis nagueres nostre frere le duc de Berry se soyt secretement parti de notre compaignie et... mis sus en armes... contraignez... les nobles de voz terres... a venir... en vos... places et ville pour... résister aux entreprises qu'on y pourroit faire... »

2. A[is] 1217, 1218, 1226, P. 1405[1], n° 303 ; a° 1342, P. 513[3] 181 ; a° 1362, P. 514[1] 245 ; *supra*, p. 173, n. 6.

3. 30 sept. 1415, Bibl. nat., *Fr.* 6211, n° 679; 1417, *Catal. Joursanvault* 2969; 26 mart. 1418, K 59, 20[58]; etc. Marescallus quoque erat duci Borbonnensi, la Mure, *Hist. des ducs de Bourbon*, etc. Paris, 1868, t. III, p. 245.

4. *Supra*, p. 177, n. 1.

banno, copiisque gallice « francs archers », « compagnies d'ordonnance » nuncupatis.

A. Quoad *bannum* et *retrobannum*, Rex ipse jubebat copias colligi, quorum delectus, in engolismensi provinciā, ab aliis quam a Comite fieri poterat [1], pariterque decursus vel « ostentationes », quae « monstres et revues » vulgo nuncupabant [2]. Comes autem, quando ita libebat Regi, in comitatu bannum convocabat [3] et, designatis, ut suaserat idem Comes, qui sibi adessent legatis [4], copias ducebat quo Rex imperaverat ducendas [5]. Cujus ad praescriptum, omnes quidem nobilium feudorum possessores, sive sint ipsi nobiles, sive non, in procinctu stare debebant, ad proficiscendum parati [6]. Si vero Rex id permitteret, praepositi Comitis domestici, vel etiam publici, vacationem habebant, sin minus quin abessent

1. 8 august. 1472, P. 5542, n° 306 : « Jacques de Beaumont, chevalier, sgr de Bressuire et de la Mothe S. Eraye et de la Haye, en Touraine, conseillier et chambellan du roy n. s. et son lieutenant commis et cappitaine des nobles et arrière-ban de Poictou. Xainctonge et Angoulmois. »

2. Cf. 18 jun. 1465, Bibl. nat., *Fr.* 2751, n° 61488, charta, 6.

3. 12 apr. 1512, post. Pasch. P. 1410[1] 921 : « Loys... roy de France à nostre... cousin et nepveu... conte d'Angoul... Vous mandons et commandons que vous faictes crier... de par Nous à tous les barons, chastellains et autres subgectz de vostred... conté d'Angoul. qui tiennent fiefz et arrière-fiefz subgectz nous servir à nosd. ban et a. ban... que ilz se préparent arment.,. sans delay... selon la nature de leurs fiefz... et que de heure en heure ilz soient prestz de monter à cheval ; et, pour vous soulaiger et conduire soubz vous lesd. nobles et autres desd. ban et a. ban, commettez... telz personnages que verrez.

4. *Ibid.*

5. Vide thesim nostram, gallice scriptam, lib. III, p. 499-500 et P. de Sauzay, *Ban et a. ban de... Angoumois*, réimpr, 1883, pp. 9, 17, 27, 28, 29, etc,

6. *Supra*, n, 3.

ab exercitu in conspectum dato, ut saltem quominus in banno militarent, utpote qui aliunde mererentur [1]. Omnia igitur e Regis placito pendebant.

B. Quoad copias, nomine « *francs archers* », inter praepositos Regis erant « electi » — « les élus » — qui, emenso Comitatu, focos parochiarum notabant numerumque sagittariorum quos, pro focorum ratione, unaquaeque parochia debebat instruere [2]. Hos quidem « electos » Comes Regi tradiderat desumendos, desumptos vero Rex eos instituerat [3]. Viri quoque, a rege non a Comite desumpti, exercebant, inspiciebant et, in agmen formatos, ducebant sagittarios, in quos poene nullum erat Comitis imperium.

C. Quoad *centurias*, gallico sermone « *compagnies d'ordonnance* », omnino aliae poterant esse partes Comitis; quem Rex subministratis centum lanceis, si quando collibuisset, valebat praeficere, et, reverā, saepe ita Regi

1. 13 mai. 1487, Bibl. nat., *Lat.* 18401, p. 539; 22 jul. 1512, P. 1410[1] 919.

2. « Charles... roy de France... pour... certain nombre de gens de guerre par Nous ordonnez estre entretenuz ou pays et conté d'Angoulmois... tauxons aux esleuz de lad. election, pour leurs peines et salaires de faire toutes les assiettes dud. paiement par les paroisses de lad. eslection..., Bibl. nat. », *Nouv. acq. fr.* 3657, n° 68, 28 sept. 1454; a° 1490, P. 1410[1] 939, f° 2 v° et 3 v°, « ont acoustumé lesd. habitans contribuer à faire les francs-archiers ordonnez en lad. conté et election d'Angoulmois. » Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, p. 512-531; 1 febr. 1491-2, Arch. Angoul. AA 4, n° 16 : « achapt de cert. brigandines,... habillemens des francs archers... »; post 1472, « il oyt dire aux habitans de la parroisse de Claverdun qu'ilz avoient eu mandement... des esleuz d'Engoulmois, pour contribuer avec les habitans de Coignac pour mettre sur les francs archers... ordonnez par le Roy ».

3. Vide *appendicem*, G, a° 1451.

libebat [1]. Item Rex armatorum copiam senescallo engolismensis provinciae poterat committere [2]. Constat enim Regem haud secus multis regni nobilibus fecisse [3] quod Comiti engolismensi ejusque senescallo faciebat. — Ceteroquin Rex Comitibus invidebat neque magna copiarum in Aquitanniam aut in Santonicam provinciam [4] imperia vel etiam in quosdam aut omnes regni exercitus [5]; neque, a fortiori, centurionatus quales erant in oppidis S. Severo [6], Vassato [7], Blaviā [8] et in castello Burdigalensi Trompetā [9].

1. « Loys... roys de Fr... pour la confiance que Nous avons de... notre filz Françoys... comte d'Angoulesme... à icelluy... baillons la charge de cappitainerie et conduicte de 100 lances fournies de noz ordonnances... » 14 febr. 1512, [n. st.], P. 1410[1]; [1464-5]; « mgr d'Angoulesme... supplie et requiert... au roy que son bon plaisir soit lui donner la charge de cent lances, dont autreffois il lui avoit pleu bailler, ainsi que par pluseurs foiz lui en a requis et fait requérir... Nota de la requeste qu'il fait de xl ou l gentilzhommes, pour les mettre ès ordonnances ». B. Nat., *Fr.* 20491, f° 60 r°.

2. 18 jun. 1465, Bibl. nat. *Fr.* 2751, n° 61488, rubr. 6 ; januar. 1475, Bibl. Ec. Chartes, *fac-simil. lithog.; anc. série*, n° 382, 27 febr. 1474-5, K. 71, n° 42 ; « monstre faicte... de 35 hommes de guerre ordonnez à la garde de Thombelaine sous... Baud de S. Gelays senechal d'Angoumois » ; « charge d'archier de l'ordonn. du roy... en la place de Thombelaine sous Baud de S. Geles... senneschal d'Angoumois. »

3. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, p. 503, 506 et ss.

4. Bibl. nat., *P. Orig.*, 2751, n° 61488, charta 6, 18 jun. 1465 : « monditsgr [le comte d'Ang.], lieutenant du roy ».

5. 19 aug. 1513, P. 1410[1] 918.

6. A° 1497, *Fr.* 8815, f° 33 v° : « vidimus des lettres données par le roy à feu mgr [Charles, d'Angoul. † 1496] de la capitainerie de S. Sever ».

7. 4 aug. 1489, Bibl. nat., *Fr.* 20379, f° 66 r° ; 1 apr. [1494, n. st]. *Ib.* f° 68 r°... « Charles, conte d'Angoul... lieutenant general et gouverneur pour mgr le roy ès pays de Guyenne, confessons avoir receu pour nos gages de la capitainerie de Bazas... »

8. 16 febr. 1513 [n. st.] P. 1410[1] 925 : litterae regiae « provisionis ».

9. *Id.* 16 febr. 1513 [n. st.] P. 1410[1] 923, 924, 927.

Conclusio. — Ergo, ut ex dictis liquet, Comes, in suo Comitatu, imprimis munitiones habebat custodiendas quas, reverā, custodiebat regis causā et operā regis. Quippe jus non habebat pugnandi nisi pro rege et quando Rex volebat. Itaque Comiti erant jura de imperio militari extroordinaria potius quam ordinaria, praesertim cum e Comitatu suo erat egressus. Sic quoque non valebant nisi placito Regis, qui cum ea voluisset minus ex institutis feudorum quam e regiā potestate manare, ideo Comitem apanatum inter ministeria regni numeraverat.

Quotcumque igitur fuissent, in engolismensi provinciā, infra vel circa comitem, castellani et centuriones, re verā, unus erat dux militaris, nempe Rex, cujus ceteri omnes habebantur tantum ministri.

Quemadmodum rebus judiciariis, appellationis operā, in apanamento engolismensi oblique praeerat, ita, rebus quoque militaribus, semper summo et saepe directo imperio dominabatur.

CAPUT IX

DE NUMMARIIS INSTITUTIS

Sane Comiti ut in totum Comitatum exerceret auctoritatem, ut primum in Comitatu locum teneret, ut praepositos aleret tam publicos quam domesticos, ut publicam regeret disciplinam et laborem ordinaret, ut tribunalia sibi armatosque viros praesto haberet, res nummaria quoque erat in bono statu habenda. Etiamsi non suppeterent pecuniae, ex apanamento perceptae, nonne nulla esset ratio extrinsecus inveniendi ? Quomodo Comiti providendum esset ut summis exactis bene uterentur ministri, praecavendum ne quid incuriae vel furti admitterent, denique curarent ut par fieret ratio acceptorum et impensarum ?

§ I. — De quaestibus ordinariis : dominium

A. Comes primum erat *dominus apanatus* quorumdam praediorum et aedificiorum, quae, praesertim in castellaniis Engolismensi, Compiniacensi, Merpisiā, Botavillari [1], per se ipsum possidebat; insuper, sive in his praedictis sive in ceteris comitatûs castellaniis,

1. P. 1415, f° x, xij, xvij : computorum index, ad dominium Comitis spectantium.

erat summus dominus, directe vel oblique, omnium dominorum ; cujus nominis gratiā, jura possidebat quae summo domino sunt in dominia vassalli. Nempe, ex his juribus domini et possessoris compositum se habebat quod plane vocabatur Comitis *Dominium*.

Extra vero sui fines apanamenti, habebat quoque jura domini et possessoris in dominia quae sibi obvenerant, sive e praediorum distributione cum duce Aurelianensi [1] (Sparnacum, Romorantinum, Millianacum, Villamfrancham ad Carim, Faram in Tardeniā), sive ex usu rei uxoriae Margaritae Rohanae [2], (Bellovarium ad mare,

1. *Ibid.*, f° xxvij, xxviij ; 29 jun. 1445, « monditsgr le conte d'Angolesme, tant pour sa part et porcion qui lui puet à présent competter,... ès conquestz faiz par... feu mgr Loys duc d'Orléans, son père, comme pour sa part... des biens... de feue... Mad. Valentine, sa mère, et aussi de feu monditsgr le conte de Vertuz, son frère,... aura..., pour son droit et partage... la somme de 2.900 liv. t. de rente... qui paiée lui sera dores en avant par monditsgr le duc d'Orléans son frère..., en la manière qui s'ensuyt :... mondit sgr d'Orleans lui... baille... a tousjours, pour lui ses hoirs... les ville chastel et chastellenies de Remorantin, Millançay, Villebrosse, la Chieze et Villefranche-sur-Cher... pour 1200 liv. t. ;... la... ville et chastellenie de Esparnay... pour... 1000 liv. t. ;... la baronnie ville et... chastellenie de Fere en Tardenoys... pour... 700 liv. t. — ... Toutesvoyes, en ce présent partage..., ne sont aucunement comprins les terres et sg^ies^ de Bouteville, de la duchié de Luxenbourc ne aussi des contés d'Ast et de Pierregort, lesquelles monditsgr le duc ne tient pas en sa main pour le présent, ains sont occupés par autres ; lesq. terres et sg^ies^ recouvrées monditsgr le duc en fera à monditsgr le conte d'Angolesme partage raisonnable... » A. Nat. P. 1403[1], n° v et P. 1409[1], n° viij^c^ ; P. 1410[2] 44 ; Sénemaud, *Bull. Soc. Arch.* et *Hist. Charente*, 1859, pp. 228. sqq.

Millançay, Loir-et-Cher, arr. et c^on^ de Romorantin ; Villefr.-s.-Cher, Loir-et-Cher, arr. Romorantin, c^on^ Mennetou-s-Cher ; la Fère en Tardenois, Aisne, arr. Château-Thierry.

2. Circa 1478-1480, « Instructions pour mgr [Charles comte d'Angoulême], de ce qui est à remonstrer à Madame la contesse

Fourras, Marcillacum, etc.), sive ex dono nuptiarum Carolo Engolismensi et Ludovicae Sabaudae tributo [1] (Metulum, Chiseyum), sive ex compensatione pro tertiā parte Petrocoriensis tractûs, a Ludovico duodecimo concessā, mense augusto anni 1498 [2], (Civrayum, Uccionem, S. Maxentium, Victoriacum), sive tandem ex acquisitionibus (Burgum-ad-Carantonum partim, Jarnacum partim, Castrum-Novum, Villam-Dei [3], etc.

Haec dominia, licet diverso modo parta sint, nihil prohibebat quin simili modo exercerentur ; quem ad finem, creatae fuerant quodam numero coactiones, scilicet : coactio castellaniae Engolismensis, coactiones Botavillae, Castri-Novi, Compiniaci, Merpisii, stagni Solençoni, Puidris, Plessac et Tortron, Montis-Berulphi, Burgi-ad Carantonum, Jarnaci, Romorantini, S. Maxentii, Villaris Superbi, Villae Dei, Mali-Leporarii, Metulli [4]. Quarum coactionum unaquaeque coactori erat commissa locali [5].

sa mère [Marguer. de Rohan] : [art. 22] item et si mad. dame disoit qu'elle a apporté en l'ostel de feu Mgr [Jean comte d'Angoul.] les lx^{u} vieulx escuz qui luy furent donnez par le traicté de son mariage, sera dit que... x^{u} ... furent emploiez sur la terre de Beauvoir-sur-Mer, xxiij^{u} pour Fourras et Marsillac, vi^{u} pour Besgon, x^{u} pour Montberon... — Au regard de Boug, Jarnac, Chastelneuf, Villedieux et autres acquestz, ilz furent acquis du réservé de feu Mgr », P. 1403, I, f° 49 et ss.

Beauvoir-s-Mer, Vendée, ch.-l. c^{on}, arr. Sables d'Olonne ; Fouras, Charente-Inf., arr. et c^{on} Rochefort-s-Mer ; Marcillac, Charente, c^{ne} Brigueil, ar. et c^{on} Confolens, ut videtur.

1. P. 1403^{2}, iiij^{xx} iiij.
2. P. 1403^{2}, iiij^{xx} x.
3. *Supra*, n. 1, p. 186, *ad finem*.
4. P. 1415, computorum, ad dominium comitis spectantium, index, *passim*.
5. *Ibid.*

B. Unusquisque dominii coactor habebat accepta numeranda impensasque solvendas, ex ordine, ante suam gestionem, constituto ; cujus sane ordinis, per singulas partes, certiorem eum faciebant antiquae rationes, quas sibi semper exhibendas a Rationum Curiâ impetrare poterat, cum in tabulario coactionis localis non servarentur [1]. Ceterum, jam inde ab anno 1492, quaedam rationis praevisae species, quam *statum* olim vocabant (gallice budget), coactori tradebatur a Curiâ [2], per similitudinem, ut videretur, cum his quas coactores bailliviarum et senescalliarum Regis accipiebant et ad hanc

1. Quarum rationum quorumve computorum fragmina hodie tantummodo supersunt : A° 1358-1359, P. 1405[1], n° 352[9] B ; « C'est le compte de la terre de la Conté d'Engolesme fait et rendu par Jehan Prévost receveur général de lad. terre et compté depuis le jour de Touz Sains, l'an 1376, jusques à la feste de la Nativité S. Jehan Baptiste l'an 1377, exclus ; lequel Jehan Prevost fut ordenné receveur de lad. terre par le roy [n. s.]... « K 499, n° 4 (rotul.) olim J 1167, n° 7. — « Cy dedans extraict de la recepte de tout le conté d'Angolesme, de l'an 1393 et jusques à 94 que le roy Charles VIe la dellaissa à Loys duc d'Orléans, son frère, pour partie d'appanage »... « Ce est la valeur de la revenue d'Engolesme, escheue puiz le ve jour d'avril, l'an 1394, jusques à la feste de S. Jehan enssuivant : et premierement les rentes en deniers... » KK 1144, n° 4, tertio codice, f° 1 r° ; a° 1399-1400, P. 1405[1], n° 352[9A] ; [circa 1397-1401], « Ce sont les restes qui sont deues que Helies Bouchart, nagaires receveur de la conté d'Angoulesme, pour mgr le duc d'Orléans, baille par declaracion... : 1° les explois de la seneschaucée d'Angoulesme... par l'espace de 4 ans, commençans à la S. Jean 97, et finissant à la S. Jehan, l'an 401 », KK 347, f° 1 r° ; — [usque ad 1503]... « somme toute des rentes en deniers, deues à Angoulesme..., f° 2 r° ; Coignac, f° 15 r° ; Merpins, f° 26 r°, British Museum, *Egerton*, 1639, f° 2-23, etc.

2. « Jusques au compte de l'année finissant iiij[xx] treze, que lesd. estatz furent commancez ausd. receveurs du demaine, par ordonnance de feu monditsgr le conte et a esté tousjours continué despuis... » *Append.* F. art. 10 et 17.

normam coactor suam administrationem dirigere debebat [1].

C. Inter *accepta* [2], pariter ac in regiis computationibus, adscribebatur illa dominii pars quae habebatur semper eadem esse ; quā de causā, ad morem regalium rationum, nomine vocabatur *dominium immutabile* [3] : tales erant reditus et census, tam nummis quam mercibus, scilicet frumenti, hordei, avenae secalisve modii, galli, gallinae, capones, librae pondo cerae, modos olei, quae cuncta in perpetuum et pari semper mensurā solvi poterant [4]. Re tamen verā, licet immutabile vocaretur, hoc nomen non prohibebat quin dominium, etiam ex istā parte, esset in mutatione ; quippe frequenter, pro vacantibus « mansionibus », faciendi erant novi accensus, scilicet quando abibant antiqui possessores vel cum heredibus extinguebantur. Tunc enim Comes in suo Concilio [5] aut Curia Rationum [6] hos accensus faciebant ;

1. Vide thesim nostram gallice scriptam, libro III, cap. V.

2. De domanii Computis vide quae *supra*, n. 9 retulimus, insuperque : a° 1512, P. 1403², n° iiij^xx iiij, a f° 1 ad fol. 55 ; *ib.*, n° 81, 82, 83, 85 ; P. 1403¹ 51 ; 79 etc. ; a^is 1513-1514, 1517 sqq. Compte 3^e de Berthelemy Girard receveur de la baronnye, terre et sg^ie de Chasteauneuf pour... mgr... conte d'Angoulesme, pour ung an entier, finissant au jour et feste S. Jehan Bapt... 1514, Summa domanii mutabilis in denariis... » K 1144, n° 4. 1° codice. f° 1 sqq ; 2° codice etc. ; R¹ 280, n° 123, rubr. 1416. Cf. J. Viard, *Bibl. Ec. Chartes*, 1897, t. 57, pp. 422-423.

3. Vide thesim nostr. gall. script. *loc. cit.* p. 543.

4. Vide, *infra*, p. 203, n. 1 ; insuper documenta *supra*, n. 2 ; et 1, p. 188, scripta : « f° 9 r°, gelines, cire, grains froment ; orge, f° 11 v° ; avaine, 12 v° ; vin, 13 r°, Brit. Museum, *ms. Egerton, cit.*, 1639 ; etc.

5. *Supra*, cap. V, p. 89. n. 3 et 3 ; cap. VII, p. 158, n. 2.

6. 18 jul. 1519, P, 1404², n° 247 ; 6 oct. 1520, P. 1404¹, n° 248 ; P. 1405¹ 331.

immo procurator Comitis vel Curiae, scilicet advocatus generalis, procurator generalis, coactor generalis eosdem accensus poterat facere [1]. Quos, anno 1519, Ludovica Sabauda decrevit posthac esse sub hastā auctionandos [2], quod plerumque non fiebat nisi post effectam jugerationem [3].

Censuum vero istorum exactio plures postulabat curas quam fructus afferebat ; quam ut faceret, coactor censuum libello utebatur, in quibus vectigalia, cuique imposita, inscripta erant, per singulos pecuniae dies (Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschae, Sancti Joannis Baptistae, etc., dies festos,) perque designata loca (parochiam, vicum, mansionem [4], etc.).

At certe « firmariùs » ad negligendas tales curas praeceps fuisset : quare, salvā, exceptione, v. g. in castellaniā Castro-Novo [5], non adeo locabantur hujus ordinis

1. Jan. 1410 [n. st.], P. 1403[2] cxxvj ; 1446-1453, *ib.*. cxxv ; 12 nov. 1483, P. 1405[1] 335 ; 2 jan. 1490, P. 1405[1], n° 336.

2. « Item que nulles baillettes-à-tousjours de noz choses héritaulx ne se facent dores en avant sinon au plus offrant et derrenier encherisseur, les solempnitez en tel cas requises observées, et que telles baillettes ne se facent sans avoir sur ce ordonnance de Nous, vériffiée et enregistrée en la chambre de nosd. comptes. »

3. « A... mgr le conte d'Angoul. et... à mgrs de son Conseil, certiffie je... juge ordin. et prevostel en sa sg[ie] de Chasteauneuf... avoir fait mesurer et harpenter les boys et terres... » P. 1410[2] 6[9] ; 19 apr. 1482, [n. st.], P. 1410[2] 14[17] ; 18 jul. 1519, P. 1404[2], n° 247.

4. A° 1358-1359, « à la Nativité de S. Jean-Bapt. ;... à la feste de Noël... » P. 1405[1], n° 352[9] B ; Adhuc autem xv° vertente seculo, vigebat, Arch. Charente H. Cartular. Beati Eparchii, JJ, f° 122 r° ; cf. 28 oct. 1488, KK 209, f° 13 r°.

5. K. 1144, n° 4, 1° codice, etc. : « paroisses de Monac,... Plassac... S. Estephe... Jurignac », etc.

quaestus, contra quod de reditibus dominii mutabilis agebatur.

D. *Dominium mutabile* autem apud Comitem, velut apud Regem, ab illo praecedenti discernebatur [1]. Nempe hujus nomen probabatur verum, mutatis, ab uno ad sequentem annum, vectigalibus e quibus constabat.

Prima enim horum jurium ratio stabat [2] : 1° *in frugibus* : tritico, hordeo, avenā, quibus frumentis imponebatur agrarii vectigal ; vino, cui tributum complatagii ; herbis, quibus fœnisecii stipendium ; denique fructibus omnis generis, e quibus statuebatur decumarum vectigal, quarum pars Comiti erat alienata. Quando fertiles anni fuerant, agraria, complantagia, decumae, etc., magnum quidem praebebant reditum ; non vero providere licebat quantum essent in futurum allaturi : quod penitus a dominio immutabili dissidet.

2° *In excipulis* Tolvorae et Carantoni fluminis atque in stagnis castellaniarum Engolismae, Castri-Novi, Romorantini, e quibus non adeo certiores reditus capi poterant quam e frugibus.

3° *In operosis artibus :* porro quos publicae fornaces aut molae, fabricae telarum, coriorum perficiendorum et sutrini artes dabant, reditus naturā pariter erant mutabiles.

4° In *commercio* non aliter fieri poterat, namque, prout

1. *Supra*, p. 189, n. 3 et ss. ; p. 188, n. 1, et 189, n. 2 et 4 ; vide thesim nostram gall. script. lib. III, cap. V, p. 546.

2. Quum sequentia pleraque ferme non aliis hausta sint documentis nisi quorum supra, mentio fit p. 188, n. 1 ; 189, n. 2, utique usque ad praesentis rubricae (§ 1) finem, nobis sumpsimus ut, in summā, lectorem ad éadem rejiceremus.

Insuper vide *loc. cit.*, thesis nostrae gall. script. p. 543, 546, ssq.

mercatura magis assidua vel segnior erat, vectigalia mensioni frumentorum vel « minage », nundinis et mercatibus, mensis pannorum et mercium, lardo a laniis vendito, panibus item a pistoribus venumdatis, lacti caseisque absumptis, ligneis quoque scutellis usui praebitis, imposita, opimi reditus vel tenuis erant ; etenim quomodo portoria fuissent quaestuosa si viae, hac vel illā de causā, essent mercatorum occursu vacuae ?

Secunda quoque ratio ex ipsā definitione mutabilis erat, siquidem spectabat ad sumptus judiciarios : quales erant reditus e sigillis, perscriptionibus, tabulariis ; item ex mulctae irrogationibus, ex interpellationibus senescalliae engolismensis magnarum assisiarum, Compiniaci, Botavillae, Engolismae, praeposituarum [1], etc.

Mutabilior etiam erat tertia ratio quae, feudis incumbens, attinebat ad officia, imprimis propter vassali « mutationem » debita, ad vectigalia, in casu alienationis, solvenda, quae ad sextam partem feudi venumdati pretio accedebant [2]. At, cum saepius pactiones occulte fierent, oportuit ut Ludovica Sabauda juberet, anno 1519, quotquot trienniis, cum ratione quāque locali, indicem feudorum coactioni subjectorum contribui, quo melius coactor de juribus Comitis in dominia intelligeret [3]. Ista vero Consilii via quae renovabat

1. A° 1465 ; P. 1405[1], n° 352[9] c, f° 3 r°.

2. « Droicts d'avoir ventes et honneurs... lesquelles ventes et honneurs montent la sixte partie du pris que la chose aura esté vendue... » Consuetudinis engolism. *op. cit.*, art. 12, sqq. ; 4 nov. 1495, P. 1404[2], n° 223.

3. *Append.* F. [art, 13], 10 jun. 1499 ; 28 jan. 1519, [n. st.]. « Item que, en chascune recepte des comptes de nostre dommaine,... seront doresenavant nommez et escriptz, de 3 ans en 3 ans, tous les fiefz et arrière-fiefz, tenuz et mouvans de Nous, à

tionis, ac omni cuique alto judici jus mediae jurisdictionis et imae. Quoad patibulum, in engolismensi provinciā, baronis furcae, sicut castellani, quatuor palos habebant, sed insuper augeri poterant « cappelleto » [1]. Quin, baroni facultas erat, in baroniā, habendi sex tabelliones [2], totidemque servientes, id est duos amplius quam castellano licebat. Quod attinet ad judices, ad assisias, et ea de quibus noscebant, eadem prorsus in suā potestate tenebant castellanus atque baro [3].

Fatendum est igitur jurisdictiones, infra Comitem, tam pondere quam numero praecipuas esse castellanorum, utpote a quibus barones non discernerentur, nisi tantum honoris causā.

Itaque easdem in particulas, in apanato comitatu, dividebantur fora judiciorum ac provinciae regiones, scilicet in castellanias.

§ II. — Comes et ejus ministri

A. *Judices in-modum-praepositorum*, *judices*, *praepositi*. — Nempe, eodem jure quo castellani omnes apa-

droict de chastellenie, haulte justice, moyenne et basse » ; 15 sept. 1480, P. 513[1] 11.

1. Consuet. engol. *op.* et *loc. cit.* art. 2 : « Peuvent lesd. comte ou baron avoir fourches patibulaires à 4 piliers pour pendre et exécuter malfaicteurs... ; » art. 4 : « le sgr chastellain est aussi fondé par la Coustume d'avoir... fourches patibulaires à 4 piliers mais, en icelles fourches, le sgr chastellain ne peult avoir chappellet, ce que toutesfois peult avoir le baron ». V. Lacurne S. Palaye *Dict. anc. lang.* fasc. III, col. ; 370.

2. Consuet. engol. *op. cit.* art. 5 : de baron en sa baronnie [pourra créer] six notaires et six sergens.

3. *Ib.*, art. 7, etc. V. *supra*, p. 144, n. 4.

namenti, in castellaniis quas, feudorum ritu, tenebant, Comes, in castellaniis, sub manu suā servatis, creaverat judices-in-modum-praepositorum, praepositos aut judices qui, ad locum ministri, stabili sede manentes in urbibus Engolismā, Compiniaco, Botavillā [1], ordinario foro, non de aliis, ut videtur, causis cognoscebant quam ceteri judices-in modum-praepositorum, in potestate castellanorum baronumque engolismensis provinciae et ministerio positi. Illa quidem cognitio rerum, quam, in rebus non controversis, latius forsan exercebant dominii regalis praepositis [2], siquidem usque ad comperiendas feudorum professiones pertinebat et ad redemptionem per feudi potentiam [3], satis horum praepositorum memoriam renovabat, in jurisdictione litigiosā, tam civilium controversiarum quam causarum capitis [4]. In appellatione autem, cum res feudorum et causae municipales ad praepositum regalem provocari possent, nobis videtur easdem causas, in engolismensi tractu, non ad judicem-in-modum-praepositi pertinuisse, sed ad ipsum senescallum [5]. Unde verisimile satis apparet judicem-in-modum-praepositi fuisse tantum primi gradûs judicem, juribus tamen amplioribus praeditum, praesertim in rebus non controversis.

1. *Supra*, cap. IV, § 2, p. 66.
2. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, p. 426 et ss.
3. 21 apr. 1507, [n. st.]. P. 1404², n° 216; par devant Nous... juge de la Court prevostelle de Coingnac, « 12 mart. 1520-1, P. 1403² 132; etc. quod gallice vocabatur : « la verification des aveux et les retraits par puissance de fiefs ».
4. Vide thesim nostram gallice scriptam lib. III, p. 337 et ss. 29 oct. 1448, P. 1404¹, n° 149; 16 sept. 1414, P. 1405² 384: « Court de la prevosté de Bouteville »; « donné en la prevosté de Coingnac ».
5. P. 1404¹, n° 141ᴬ, f° 1 v°; circa 1464; ib., 141ᴮ.

B. *Senescallus et assisiae.* — Cum ipsi castellani et barones suum haberent senescallum supra judicem-in-modum-praepositi, a fortiori comes habebat quoque suum [1]. At quemadmodum dominis multas castellanias possidentibus, v. g. domino Rupi Fucaldensi unum senescallum satis habere licebat pro his omnibus castellaniis, ita Comes unum habebat tantummodo senescallum pro suis castellaniis, Engolismensi, Botavillari, Compiniacensi, Merpisiā, quas ipse tenebat in manu suā [2] ; quin etiam senescallus ille unus Comitis minister erat, ut summus judex in reliquo engolismensi apanamento. Comes quoque alios, sine dubio, senescallos habebat, sed pro illis tantum castellaniis quae non in apanamento continebantur [3].

Senescallus autem apanati Comitatûs sedere solebat Engolismae in plateā « du Palet », anno 1441 [4], in domo scabinatûs anno 1512 [5], quod duplex arbitramur, eruditissimo quidem engolismensi viro suasore, fuisse domicilium [6]. Nempeibi, quotquot mensibus, ut videtur, conventus habebatur cui nomen sive « placita ordinaria » sive forum ordinarium, aliasque curia ordinaria senescal-

1. *Supra*, cap. IV, § 1, p. 61.
2. *V. append. Album; infra*, cap. IX, § 1, A.
3. *Supra*, p. 61-62.
4. 3 august. 1441, P. 1405[1] 322, « en la place du Palet d'Angolesme ».
5. Jun. 1512, P. 1403[2], n° 82, f° 2 v° : « en ceste ville d'Angoulesme, en la maison de la ville en laquelle l'on a coustume expedier et tenir le siége ordinaire de la seneschaulcie d'Angoulmois. »
6. Georges, *Topographie histor. d'Angoulême*, apud *Bullet. de la Soc. Hist. de la Charente*, 1898, p. 88 sqq. ; de quibus novissime, 12 mai. 1902, nosmet ipsos idem Georgius obsequenter fecit certiores.

liae [1]. Forum illud sane discernebatur a magno conventu, « magnae assisiae » nuncupato, isto mobili et sede de loco in locum movente. Magnus iste conventus agebatur a senescallo [2] vel, eo absente, a legato seu « locumtenente » tractûs engolismensis [3], vel etiam ab assessore [4], coram procuratore generali [5], procuratore locali [6], advocato [7], judicibus in-modum-praepositorum [8], atque

1. A° 1426, P. 1405[1] 326; a° 1441, P. 1405[1] 322; a° 1463, P. 515[2] 595 *bis*; a° 1464, P. 1404[1] 141[B] *bis*; a° 1484, P. 1410[2] 5, etc., et *infra*, *passim*, — 22 jan. 1488-9, « tant en la Cour ordinaire de la senneschaucié que ès grans assises d'Angolesme », P. 1405[1], n° 317.

2. A° 1464, P. 1404[1], n° 141[B], f° 2, és grans assises de Bouteville... par devant le... seneschal d'Angoumois ou son lieutenant... » 12 octob. 1475, R[1] 265-87, n° 1400, 22 febr. 1472-3, P. 1404[1] 137, etc. *Id.* a 1364 ad 1370, P. 1410[1] 943, f° 4 v° : « pappier des assises tenues... par mgr le seneschal d'Engolesme ou son lieutenant. »

3. 7 jun. 1419, P. 1404[2] 253; a[is] 1452 et 1453, Arch. Charente H. *Cartul. Beati Eparchii* GG, f° 57, 68, 77 v°; jun. 1466, P. 514[2] 406; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267; 13 jun. 1479 « Donné et fait par le lieutenant d'Angolesme ès grans assises d'Angolesme... » P. 1405[1] 307.

4. « Grans assises de Bouteville commencées à tenir le 11 dec. 1481... par l'assesseur. » P. 1403[2] 133.

5. « Grans assises de Cognac tenues par Nicolas Aton, lieuten. général d'Angoumois, en présence du procureur général du comte », jun. 1466, P. 514[2] 406; P. 1404[1] 142; vide notas sequentes; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267, etc.

6. P. 1404[1] 142 « Vous monditsgr le senneschal, ou... vostre lieutenant, procureur, greffier, juge prevostel, sergens. » V. not. superior.; 10 febr. 1474-5, Arch. Charente H. *Cartul. Beati Eparchii* G, f° 1-2 v°; 7 jun. 1419, P. 1404[2] 253; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267.

7. 7 jun. 1419, P. 1404[2], n° 253 : « ès grans assises de Coignac commencées à tenir par... lieutenant de... seneschal d'Angolmois...;... du consentement des advocatz et procureur de lad. court, presens en jugement. »

8. P. 1404[1] 142; annis 1452 et 1453, Arch. Charente, H. *Cartul. Beati Eparchiii* GG, f° 57 r°; 68; 77 v°; 27 febr. 1530-1, P. 1404[2], n° 267.

scribā [1]; quibus adstare poterat, saltem in quibusdam gravibus momentis, Comitis Consilium [2]. Illi nempe ministri, tunc temporis, vagi vereque erratici judices, invicem se conferebant in caput castellaniarum a Comite, sub manu suā, servatarum : Engolismae, Botavillae, Compiniaci ; extraque fines apanamenti proprie ac vere dicti : Castrinovi scilicet et Jarnaci [3]. Immo, per modum exceptionis, Comitis ministri, quintodecimo seculo, istum agebant conventum in castellaniā Albā-Terrenā [4] et, quartodecimo seculo, non solum Albae Terrae [5] sed etiam Villaboeniae [6], in duobus castellaniis quae, saeculo sequenti, in feuda conversae, extra dominium Comitis ponebantur.

Videtur quod magnus ille conventus potissimum habitus sit Engolismae Junio et Quintili mensibus [7]; Botavillae, mensibus Martio, Junio, Octobri, Decembrique [8]; Compiniaci, Februario, Martio Junioque mensibus [9];

1. P. 1404[1] 142 ; 10 febr. 1474-5, Arch. Charente, H. *Cartul. Beati Eparchii* G, f° 1-2 v° ; 7 jun. 1419, P. 1404[2] 253.
2. P. 1410[1] 961[2], [4 et 5]; 5 jun. 1452.
3. *Infra*, n. 1 et 2, p. 150.
4. P. 1410[1], 961[2], [4 et 5]; 5 jun. 1452.
5. A 1364 ad 1370, P. 1410[1] 943, f° 4 v°.
6. A 1364 ad 1370, vide *append.* A. I, *Generalia*, circa initium.
7. 18 jun. 1469, P. 513[2] 72; 28 jun. 1477, P. 1404[1] 138, f° 2 r° ; 13 jun. 1479, P. 1405[1] 307; 21 august. 1486, P. 1405[1] 302 ; 22 jan. 1488-9, P. 1405[1], n° 317.
8. 22 jun. 1463, P. 514[2] 403 v° ; 18 jun. 1464, P. 1404[1], n° 141[B], f° 3 r° ; 19 octob. 1468 ; 15 mart. 1468-9 ; 26 jun. 1470 ; 22 febr. 1472-3, P. 1404[1] 137 F. et B; 15 octob. 1477, P. 1404[1] 138, f° 2 r° ; 11 dec. 1481, P. 1403[2] 133.
9. Nov. 1367, P. 1404[2], n° 251 ; 7 jun. 1419, P. 1404[2], n° 253 ; 1 mart. 1451-2, British Museum, *Addit. Chart.* 4071 ; 10 febr. 1459-60, P. 1405[2] 392 ; 3 febr. 1461-2, P. 1404[3] 276 ; 10 febr. 1459-60, P. 1405[2] 392 ; 7 jun 1466, 12 jun., P. 514[2] 406.

Castrinovi mensibus Januario, Februario, Martio, Octobri, et Decembri [1]; denique Jarnaci, Martio et Septembri mensibus [2]. Attamen indiciis plenioribus nobis opus esset ut colligeremus magnum talem conventum quater in anno Botavillae habitum esse, ter Castrinovi Compiniacique et semel tantum Engolismae. Quidquid est, sane facilis est conjectura eum semel tantum, in anno, actum esse Engolismae, siquidem, in capite provinciae, sedes ordinaria senescalliae erat constituta et senescallus, in suā sede ordinariā, de iisdem ac in sedibus magni conventûs extraordinariis videtur cognovisse.

Etenim, quoad jurisdictionem non controversam, compertum habemus ordinarium tribunal non minus quam conventum satis valuisse ut feudi professiones acciperet [3], censuales terras constitueret [4], daret « vidimus [5] »,

1. 30 mart. 1446-7, P. 1404[1] 167 *bis*; 14 mart. 1451-2, Arch. Charente, H, *Cartul. Beati Eparchii* GG, f° 57 r°; 13 octob. 1452, *ib.* f° 77 v°; 7 mart. 1452-3, *ib.* f° 68; 31 dec. 1459, P. 515[1] 444; 12 febr. 1459-1460, P. 515[1] 444; febr. 1469-70, *ib.*; 10 febr. 1474-5, Arch. Charente, *Cartul. citat.*, f° 1-2 v°; 19 jan. 1491-2, X[1a] 4833, f° 116 v°.

2. 18 mart. 1460, [n. st.], Bibl. nat. *P. orig.* vol. 85, *Archiac*, 15; 7 sept. 1492, P. 1406[1], n° 614.

3. 1° *In curia ordinar.* « a presenté ce.., dénombrement en jugem[t]. » A° 1463, P. 515[2], 595 *bis*; a° 1484, P. 1410[2] 5; 2° *In assisiis* : a° 1459, P. 514[1] 444 v°; a° 1466, P. 514[1] 406; a° 1469, P. 513[2] 72 : « en la court des grans assises d'Angolesme... a baillé ce present denombrement. »

4. 1° a° 1426, P. 1405[1] 326; a° 1441, *ibid.* 322 *bis*; a° 1490, P. 1405[1] 336; 2° a° 1447, P. 1404[1] 167 *bis*. « Nous... tenans les gr. assises... avons baillé a perpetuité pour planter vigne... led. mas. »

5. 1° a° 1443, Babinet de Rencogne, *Bullet. Soc. Arch. Charente*, 1868-9; Arch. Angoul. Mémor. A; 2° a° 1479, P. 1405[1] 307 : « ... vidimus... par nous declairé valoir original... ès grans assises d'Angolesme. »

litteras juberet pronunciari [1]. Quod si nobis plura essent documenta, rursus, ut verisimile est, compertum haberemus conventui magno, ad instar ordinarii tribunalis, fuisse fas creare tabelliones [2], praedium redimere, per feudi potentiam [3], in tuitionem et fidem Comitis aliquem locare [4], committere aliquem ad recognitionem, post obitum, conficiendam [5].

Quoad vero jurisdictionem controversam, ad tribunal ordinarium, sicut ad magnas assisias, primo judicio, in civilibus causis, deferebantur lites de limitibus [6] et omnes de dominio causae, sive ad possidendum praedium, sive ad exercendam jurisdictionem spectantes [7]. Quin etiam, proximum vero videtur tribunal ordinarium, more magnarum assisiarum, item nosse res « de applegiamentis [8] », de futilibus intercessioni-

1. 1° a° 1419, P. 1404² 253 *bis*. « Es grans assises de Coingnac... lesd. lettres... avons fait lire à haulte voix... en jugement avons publié » ; 2° a° 1489, P. 1405¹ 317.

2. A° 1510 ; Z² 16, f° 97 v°, 100, 112 : créations de notaire... cour ordin. de la senesch. d'Angoul.

3. 21 august. 1486, P. 1405¹ 302; 7 apr. 1487 [n. st.], P. 1404¹, n° 159 ; « a prins lesd. choses vendues, par puissance de fief... »

4. A° 1464, P. 1404¹ 141 B *bis* : « sauve et especial garde, impétrée de mgr le conte... »

5. A° 1496, British Museum, *Addit. Chart.* 11538 ; Bibl. nat., *Fr.* 22335, f°s 267, 293 ; a° 1514, P. 1410² 15.

6. 14 dec. 1487, P. 1405¹ 352¹⁰; P. 1410² 37, f° 23 r°, « pour contestation de limites... procès... en la court de la senneschaucié d'Ang^me et ailleurs. »

7. A^is 1282, 1333, 1345, P. 1404², n° 252 ; 4 febr. 1490, P. 1405¹, n° 339 ; P. 1404¹, n° 141^A ; a° 1367, P. 1404², n° 251 ; 22 jan. 1488-9, P. 1405¹, n° 317 ; P. 1403², n° 133 ; xv seculo decedente, P. 1404¹ 137^B ; a° 1498, X^1a 4839, f° 346 r°, etc.

8. A° 1468, P. 1404¹, n° 137^C ; a° 1468-1470, P. 1404¹, n° 137, F. A. B ; « comparant par vertu d'un mandement d'appleigement émanant de la cour de céans », id est magnae compiniacenses assisiae : 1452, *Add. Chart.*, 4071.

bus [1], de causarum derelictionibus [2] et appellationis juribus ademptis [3]. Primo quidem judicio, in litibus capitis, utrumque tribunal cognoscebat de negligentiâ tuitionis a Comite traditae [4], pariterque causae vulneris ac necis, quae magnis assisiis, etiam in ordinario tribunali, certe dijudicabantur [5]. — Appellationis autem judicio, in civilibus controversiis, utraque curia cognoscebat de sententiis a judicibus municipalibus atque, ut credendum est, a judicibus feudorum pronunciatis [6]. In capitis vero litibus, videtur easdem quoque res appellationis utrique curiae similiter competivisse [7].

Profecto verum inter eas discrimen, de rerum judicialium cognitione, in eo quaerendum esset quod ad magnas assisias pertineret etiam « corrigere judicia » et prohibere ne « irrita » fierent [8]. Sic enim hujus fori Dyonisius des

1. A° 1452, *id.*, British Museum, *Add. Chart.* 4071 : « il est dechait de l'appel... lequel il n'a relevé aucunement. » — « pour ce que follement s'est opposé à la subhastacion. »

2. *Ibid.* « pour ce qu'il s'est dellaissé de la cause. »

3. *Ibid.*

4. xv seculo decedente, P. 1403[2] 98, f° 3 ; a° 1464, P. 1404[1] C.

5. xv seculo deced. « pour avoir riblé une jeune femme mariée et luy avoir fait certains excez, pour ce qu'ilz trouvèrent couché avecques elle ung homme d'Eglise, lequel leur donna ung escu pour le celler » ; P. 1410[2] 6[9] ; a° 1464, P. 1404[1] 141[b].

6. 5 febr. 1498-9, X[1a] 4840, f° 164 v° ; 6 mart. 1499-1500, Arch. Angoulême BB 1, f° 46 r°.

7. A° 1452, British Museum, *Addit. Chart.* 4071 : « pour ce qu'ils ont brisé l'arrest du prévost de Coingnac... et... voulurent batre le clerc dud. prevost [de Coingnac] ;... cause d'injures et de batoing... » 14 januar. 1501-2 ; Arch. Angoul., AA 5, f° 29-30 : « ... en vuydant la... cause d'appel en laq. led. appellant a recogneu avoir mis les mains malicieusement en la personne de R... et l'avoir suyvy furieusement à coursse de cheval,.. »

8. 5 jun. 1452, P. 1410[1] 961[2-4-5], « tenir les assises... pour réformer justice ».

Planches, legatus generalis provinciae engolismensis, anno 1452, munus existimabat, his verbis significans magno conventui, praeter ordinarias lites expediendas, mandatum esse ut, in engolismensi provinciā, sicut in reliquo regno [1], conquestionibus populorum adversus judices benigne acceptis, invidiis localium ministrorum quaestuosisque simultatibus aequiorem generalium praepositorum auctoritatem anteponeret. De cetero, etiamsi, ab omni parte, utraque Curia prorsus earumdem rerum exercuisset cognitionem, magnae illae assisiae non bis eamdem ac tribunal ordinarium rem retulissent, quando quidem, deambulando populis propiora afferens judicia, quasi in promptu ponebat atque, simul ac praebebat exempla judicibus, eos aliunde explendi commonebat officii.

Quoad juris exequendi formulas, ante senescalli tribunal, in engolismensi provinciā, eas pares invenias ac ante Regis baillivos et senescallos : scilicet appunctuationes, ad scribendum per facta contraria appunctuationes, articulos, « intendit » seu conclusiones, testium inquisitiones, litium saccos, « evangelia », etc. [2].

Ergo, de cognitione causarum et juris executione formulisque, procul dubio, senescallus obversabatur animo, velut « ante omnes, judex Comitatûs et Provinciae engolismensis [3] ».

1. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. III, p.326-327.

2. P. 1406[2] 636[39 A-B-C], sqq. ; a° 1464, P. 1404[1], n° 141[B]; a° 1466, P. 1405[1] 352[3] ; 4 oct. 1489, P. 1410[1] 942 : sacs baillez en garde ... pour evangelizer;... temoins intendits et articles... pour prouver les faitz intendits et articles...

3. A° 1464, P. 1404[1], 141[B] *bis*, f° 5 v° : « le juge par excellence du comté et de la province d'Angoulmoys. »

C. *De magnis diebus.* — Insuper, causae, jam ante senescallum disceptatae, quin exirent ex engolismensis provinciae finibus, iterum si interponeretur appellatio, dijudicari poterant ante magnos dies engolismenses. Namque Comes, hos magnos dies a rege consecutus, sicut impetraverant plerique pares Franciae, scilicet Dux Aurelianensis, jam inde ab anno 1392, et, quinti decimi seculi decursu vel ineunte sexto decimo, duces Andegaviae, Alençonii, Burbonnensis pagi, Britanniae, Aquitaniae, Comitesque Algae et Novioduni [1], adeo ut jus magnos dies habendi, etsi non omnium Parium esset, privilegium tamen fuisse videatur imprimis Paritati reservatum.

At certe erraret qui hos magnos dies non discerneret ab insolitis conventibus qui, jussu regum, agebantur Tricassibus, Toarci, Pictavii vel in Arveniā [2], etc. Hi enim magni dies vel conventus erant legatio praeter solitum missa ad judicandum, missive a Parlamento legati, qui populos propius admoverent Parlamento. Quod igitur tribunal in potestate Regis erat, non autem feudorum; neque ordinarias tantummodo expediebat causas sed praesertim inquirebat de ratione quā plerumque expedirentur. Ita sane judicabat judices, eo consilio ut eorum instituta, aliis per edicta substitutis, emendaret.

Magni vero dies engolismensis provinciae, licet non essent tam rari quam Dies magni Toarcenses, Picta-

1. Vide thesim nostram gallice scriptam, lib. V, cap. III; Rivière, *Institutions Auvergne*, I, 499; Beautemps-Beaupré, *Coût. et Instit. Anjou*, III, 279.

2. A 1454 ad 1534, vide X^1a 9210-9214; et 9225-6, etc., 11 august. 1454, X^1a 1483, f° 161 r°.

vienses etc., non tamen modo tribunalis ordinarii permanebant ; quippe quorum consiliarii vel « commissarii [1] » non conventum agerent certis temporibus, nec forte pluries in anno, ut Aurelianensi duci data facultas erat, in suis veteribus dominiis [2], immo ne semel forte quidem, sicut in Andegavensi provinciā, conveniebant [3]. Etenim quando partes adversae, in engolismensi tractu, ante magnos dies in jus erant iturae, de tempore vadimonii sollicitae ambigebant [4].

Magni quidem dies nostri, ut apparet, Engolismae tantum habebantur [5], non vero in diversis dominiorum comitatensium locis, praeterquam quod agebant dux Aurelianensis [6], dux Burbonensis [7], immo etiam, anno 1528, ducissa Engolismensis [8].

1. *18 febr. 1478-9*, P. 513[1] 9 ; *3 apr. 1483*, X[1a] 4824, f° 118 r° ; *16 nov.-22 dec. 1487*, X[1a] 1495, f° 4; *28 jul. 1490*, X[1a] 1497, f° 333 r° ; *19 octob. 1493*, P. 1406[1] 616 ; *20 febr. 1499-1500*, X[1a] 4841, f° 128 r° ; *27 jul. 1500* X[1a] 4841, f° 391 r° ; *14 dec. 1500*, X[1a] 4842, f° 36 r° ; a° *1505*, Arch. Angoulême AA 5, f° 41 r° ; a° 1509, P. 1415, f° 36 ; *18 mart. 1520*, [n. st.], P. 513[3] 135; *31 jan. 1520-1*, P. 518[1] 943. — *Infra*, n. 2, p. 157.

2. 4 jun. 1392, KK 896, f° 140 r°.

3. Beautemps-Beaupré, *op. laudato*, III, 279-284.

4. 10 sept. 1485 : « La court de Parlement, a Paris, aiebat comes Engolismensis,...a... renvoyé lad. cause... à lad. court de nosd. grans jours et à 2 moys... mais, parceque nosd. grans jours, par cy-devant, n'ont acoustumé tenir ordinairement, mes par commissaires seullement, lesd. exposans ont dobté que, aud. jour de 2 moys, elles ne peussent trouver juges... » Arch. Charente, *Fonds S. Ausone*, fasciculo 15, *Champnier*.

5. Arch. Charente E 149, etc.

6. 4 jun. 1392, « in dicto ducatu Aurelianensi et in aliis locis » ; KK 896, f° 140 r° ; 19 oct. 1497, « grans jours derrenièrement tenuz à S. Sauveur-Lendelin », KK 902, f° 30 r°.

7. 28 mai. 1476, X[1a] 1487, f° 64 v° ; 1 sept. 1488, X[1a] 1495, f° 353 v°, etc.

8. 30 jun. 1528, *Actes François I*, I, 3035.

Denique tales magni dies non summi potiebantur judicii, namque non omnes causas, sine appellatione, dijudicabant, more magnorum Britanniae dierum, qui parlamentum quoque vocabantur [1]; neque quasdam saltem, veluti dies magni Alençonii, quibus etiam nomen erat Scacarius, gallice Échiquier [2].

Nihil igitur aliud erant magni dies nostri nisi, inter senescallum engolismensem et parisiense Parlamentum, jurisdictio interposita [3]; quae nempe Comiti opem praestabat ut apud se diutius subditos retineret judicandos, immo nonnullos prohiberet ne ad regios judices provocarent. Inde fiebat ut magnos dies aegre ferrent Engolismensis provinciae barones, qui saepe impetraverunt a Rege ut de medio tollerentur [4].

Quin ipsi Comites consentiebant haec instituta non suppetere, propterea quod incerti temporis erant, non

1. 30 mai. 1477, X^{1a} 1487, f° 194 r°, 195 r°, Isambert, *Anc. lois fr.*, XIII, p, 363, art. 1, etc.

2. Floquet, *Parlem. Norm.* I, 272-5; 118; 14 oct. 1484, Arch. Seine-Infér., Reg. Echiquier, a° 1484, f° 26 r°; 8 oct. 1510, Ord. XXI, p. 441; Aubert, *Parlem. Paris* 1250-1515, I, p. 156, n. 3.

3. 14 jan. 1481-2 : « cause d'appel interjectée... du seneschal d'Angoulmois... et... relevée par devant les gens tenans les grans Jours par icellui conte en son conté d'Augoulmois... » posteaque in Parlamentum lata, X^{1a} 1490, f° 27; a° 1483, « la cause du prieur de Coignac appelant du seneschal d'Engolesme ou son lieutenant, relevée en Parlement, obmis le moyen des grans jours de la conté d'Engoulmois, fut renvoyée aux prouchains grands jours d'Engoumoys lors ensuyvans... » P, 1410^{1}, n° 943; 8 febr. 1497-8, la cause d'appel de N. appelant du senechal d'Angoulmois... relevée céans, obmis le moyen des grands Jours d'Angolmoys, est renvoyée ausdiz grans jours, à 2 moys », X^{1a} 4839, f° 133 v°. — Cf. *infra*, n. 2, p. 157.

4. A° 1497, *Fr.* 8815, f° 37 v° « procès contre le sgr de la Rochefoucault et autres barons du pays, appellans de l'érection des grans Jours... »

summi judicii, et locum faciebant sumptibus extraordinariis, quos impensos forte non liberabant mulctae, in magnis diebus irrogatae. Tales enim praecipuae fuerunt causae quae Ludovicam Sabaudam incitaverunt ad curandum ut, anno 1528, abolerentur [1].

D. *De procurationibus judicandi causā; de concilio; de comite.*—Judiciariam potestatem, suae personae inhoerentem, Comes quidem mandabat constanter senescallo, locum-tenenti, judicibusque-in-modum praepositi et inconstanter « commissariis », legatis in magnos dies. Rarius vero eam delegare poterat etiam procurationibus extraordinariis, quibus committebat munus singularis causae, separatim expediendae [2]. Denique eamdem sibi reservare potestatem licebat ut eā, in suo Consilio, aut, extra Consilium, per semetipsum, uteretur [3].

Quod intra, vel extra Consilium, non satis habe-

1. *Actes François I*, I, 2958; Beautemps-Beaupré, *op. laudat.*, III, 282-284.

2. 10 sept. 1485, Arch. Charente, *fonds S. Ausone*, fasciculo 18, *Champnier* : Charles, conte d'Angol.., à noz... Conseillers (sequuntur 4 nomina) De la partie de N... nous a esté... exposé que procès a esté meu par devant nostre senneschal d'Angolmois, en la Cour ordinaire de la senneschaucié dud. lieu... led. N... a appellé... en... Parlement à Paris; laquelle court de Parlement, p. c. q. led. appellant avoit obmis la court de noz grans jours d'Angolmois, a, depuis, renvoyé lad. cause d'appel à lad. court de nosd. grans Jours et à deux moys... Mais parce que nos diz grans Jours par cy devant n'ont acoustumé tenir ordinairement, mes par commissaires seullement, led. N. a dobté que aud. jour de 2 mois... ne peusse... trouver juges qui en voullissent entreprendre cognoissance... — Par quoy, Nous vous avons commis... et les deux de vous pour cognoistre... de lad. cause d'appel... tout ainsi qne... eussent peu faire noz amez et féaulx conseillers, les gens qui tiendront noz prouchains grands Jours d'Angolmois... ».

3. *Supra*, v. cap. V, *de Concilio comitis* § V, p. 88 et ss.

